



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caoult, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)






LI

Th. 4470.

21

ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEGSTR. 21  
PADERBORN





A  
T  
I  
G  
I  
N  
C  
A  
Hann  
ca  
A

A  
p



MIRACVLA

*Que*

AD INVOCATIONEM BEATISS. VIR-

GINIS MARIAE, APVD TVNGROS,

CAMBERONES, ET SERVIOS IN

Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Pi-

cardia vulgò NOSTRE DAME de

LIE SSE dictam effulsere.

Ab ANNO 1081, ad ANNVM 1605.

*Nunc primum in Germania edita.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote,  
ANNO M. DCVII.





A  
V  
G  
vr  
Ap  
cle  
co



(pr  
dem  
fide  
ferr  
lum  
enar  
valc  
adh





**A M P L I S S I M O**  
V I R O D O M I N O D .  
G V I L L I E L M O R I C H A R D O T O  
vtriusque Iuris Doctori, sanctæ Sedis  
Apostolicæ Protonotario; insignis Ec-  
clesiæ collegiatae S. Amari oppidi Dua-  
censis Præposito dignissimo, nec non  
& eiusdem Academiae Cancel-  
lario meritissimo.



**C O N S I D E R A N T I** mi-  
hi, Amplissime Domine  
Cancellarie, quid Ampli-  
tudini tuæ gratum acce-  
ptissimumq; exiguæ meæ  
(propter tuum in hanc Duacenam Aca-  
demiæ aduentum diu multumq; de-  
sideratum) congratulationis titulo of-  
ferre possem, obtulit sese mihi opuscu-  
lum quoddam quadrimembre dilucide  
enarrans miracula & opera stupenda  
valde, quæ à multis hinc inde sæculis  
ad hoc vsque tempus, pijsimæ Dei Ma-  
tris



## EPISTOLA.

tris interuentu apud Tungros, Cambre-  
 ronam & Seruiam in Hannonia, feliciter  
 patrata comperiuntur. Cui diuino  
 opusculo tandem postremò subiunctum  
 bellum quendam non minùs insignem  
 quàm periucundum mihi à viro honesto  
 rato circa festum Natalis Domini trans-  
 missum, complectentem historiam mira-  
 ximè stupendam Beatæ Mariæ Exhibiti-  
 ratricis, siue Dominæ Gaudiorum  
 Picardia, quam, nostre Damede Lief-  
 vulgari nomine nuncupant; eidem  
 storiæ annexis quibusdam è multis  
 signioribus dictæ Dominæ miraculis  
 Cui non absimilem historiam refert  
 Pater Ludouicus Richeome libro ab-  
 ipso conscripto sub titulo Peregrini  
 retani, pag. 484. Etsi autem dictum  
 opusculum primò memoratum iam  
 dem sub terna editione (vt de postremo  
 nihil dicam) prodierit in lucem  
 mate gallico donatum, quia tamen  
 dum idiomate latino Latinos vndeque  
 que per orbem, ad Dei Virginis que  
 tris gloriam & honorem, salutarat,  
 de factum est cur quidam non  
 spectatæ doctrinæ quàm pietatis viri



EPISTOLA.

lud in latinum transtulerit, priorem tantummodò editionem secutus, ad id ipsum instigãte quodam magnæ autoritatis viro. Cuius eadem autoritas me permouit, vt posteriores editiones sequens (vtpotè in multis auctiores ac vberiores (illud ipsum pro meo modulo, Dei me adiuuante gratia, latinum resonare fecerim, singulisque quinque librorum hoc codice contentorum capitulis singulos titulos superaddiderint quo sic lectoris animum vario laboris tædio subleuarem, faciliusque quid singula capita canerent, breuiter compendio seque intelligeret. Quod cum, Deo fauente, Dei que Genitricis ope, ad calcem vsque mihi videre videar perduxisse, illud ipsum Amplitudini tuæ iustis de causis aptis que admodum subnixus fundamentis consecrandum duxi: tibi, inquam, Amplissime Domine, vtpotè qui in hac nostra Sancti Amari collegiata Ecclesia, olim in primæua sui institutione Deiparæ Virgini consecrata, primam nõ immeritò magno omnium applausu sedem retines: quique, tanquã beatissimæ Mariæ pijsimus filius piè eius-



EPISTOLA.

iusdem Virginis quotidie decantant  
 laudes & sancta præconia plurimum  
 exultes: nec non & plurimum tuum lo-  
 letur ac reficiat animum ea audire  
 mul & legere, quæ tuum in Dei Matris  
 laudibus valent implere auditum, &  
 que in sanctum eius rapere amorem  
 obsequium. Ea denique te appetere scilicet  
 quæ cunctos fideles in vera fidei simplici-  
 citate consolidare, quæ in Dei ac sanctæ  
 Matris eius amorem accendere, quæ  
 hæreticorum superba colla perfringe-  
 re, ac eorumdem nefarios conatus blas-  
 phemosque latratus contundere potest  
 sunt. Qualia propè infinita quinque  
 scilicet libellis passim hinc inde obvia re-  
 periet Amplitudo tua: quæ etsi simplici-  
 citer in se considerata excedant caput  
 humani sensus, tuum tamen ac nostrum  
 omnium est eadem in simplicitate con-  
 sideranda sub Omnipotenti manu Dei, eiusque  
 firmissima fido. benevolè amplectari, &  
 exindè Dei ac sanctæ Matris eius terribilia  
 miranda, imò etiam prodigiosa opera  
 ubique pio affectu de prædicare: quia, ut  
 in suis homilijs ait Diuus Gregorius,  
 diuina mirabilia semper debent con-  
 siderari



## EPISTOLA.

siderari per studium, & nunquam discuti per intellectum. Ex quorum sanè consideratione operum siue miraculorum hisce libris aliorumue alijs codicibus contentorum, euadit manifestum quàm verum sit illud Sancti AVGVSTINI dictum ( Sermon. de Annunciatione Beatæ Mariæ. ) AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINVS TECVM : tecum in corde, tecum in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio: Tecum, inquam, Dominus in auxilio, non solummodò respectiue ad te ipsam solam in particulari, verùm & ad totum genus humanum in generali, vt scilicet pio tuo auxilio ac per tuam sanctam opem adiutricemque manum possis à peccatis, à morbis, à mille casibus & infortunijs, à morte denique ipsa temporali & æterna eripere miseros mortales. Eorumdem certè operum intuitu, ò Virgo beatissima, ad tua dignè proferenda præconia, non Rhetoricorum diserta facundia, non Dialecticorum subtilia argumenta, non acutissima Philosophorum

A ← apta



EPISTOLA.

Ad cap 5 } apta reperiuntur ingenia. Et  
Matthæi. } quid mirum, inquit Petrus Do-  
mianus, si hæc ineffabilis Virgo in suis  
laudibus modum humanæ vocis exups-  
rat, cum & ipsam humani generis nato-  
ram excellentium meritorum, simul  
(addere possum) stupendorum operum  
dignitate transcendat? Ad eam igitur  
pijs votis piè semper in omnibus recur-  
ramus: quia, dicente D. Bernard. (Ser. 98.)  
Maria omnibus sapientibus & insipientibus  
copiosissima charitate debitorum  
se fecit, omnibus misericordiæ sinu  
aperuit, ut de plenitudine eius acciperent  
ant vniuersi, captiuus redemptionem  
egger curationem, tristis consolationem,  
peccator veniam, iustus gratiam, Ang-  
lus lætitiã, denique tota Trinitas gloria  
Filij persona carnis nostræ substantiam  
ut non sit qui se abscondat à calore eius.  
Faxit Deus ut in eius obsequio minime  
tepidi, sed semper inueniamur firmi  
& ille solus, ô B. Virgo, laudes tuas  
leat, qui te fideliter inuocam sententiam  
vnquam in suis necessitatibus sibi defici-  
isse. Et quid mirum, inquit idem Sanctus  
Bernardus, si beata Virgo inuocata adde-  
quæ etiam non vocata presto est. Pre-



EPISTOLA.

fit & tibi Amplissime Domine Cancellarie pro te tuisq; in omnibus necessitatibus sanctè inuocanti: vt tu cum illis merearis per ipsam consequi gloriae aeternae immarcescibilem coronam. Praesto similiter fit & omnium nostrum Patri ( vt non hic attexam Patrem tuum

IOANNEM RICHARDOTVM Arcani Consilij Praesidem optimè de Republica meritum) fratri autè tuo loagè suauissimo Domino IOANNI RICHARDOTO Attrebatensium Reuerendissimo Episcopo, vt in suae diocesis sancto regimine valeat, ipsa duce, ipsiusq; manu adiutrice cuncta ad Dei gloriam & ouium sibi creditarum salutem referre, donec Deo Optimo Maximo feliciter disponente per mortem felicem defungi mereatur suo à se suscepto Apostolico onere, reportatur in caelesti patria condigna laboribus praemia. Interim, Amplissime Domine, benigno vultu hilariq; mente pium hoc opusculum non dedigneris inspicere simul & suscipere, quod pio affectu mecernis, humiliter offerre. Quod si presteris, me tibi plurimum deuinxeris. Vale

A 5



EPISTOLA.

le Vniuersitatis nostræ Duacenz non  
minimum decus, nec non & splendor  
amplissimus. Scriptum anno 1606. pri-  
die Purificationis beatissimę Genitricis  
Dei Marię.

Tuus in Christo filius  
VVALRANDVS  
CAOVLTI Prae-  
byter indignus.





Potētissime, Castissime, Clemētissime

M A R I A E

REGINAE, VIRGINI, MATRI

D. C. Q.



*N*UBILA mens, densisq; parentum  
obducta tenebris

Religio, argenti pōdus, missamq;  
si quacem

Igne coquens auri, statuas sibi fin-

xit & Indi

Sculptile dentis opus, veterum monumenta Deorū,

Hinc Triviae simulachra Deae, hinc fatale Mineruae

Palladium, & maguae Pario de marmore Vestae

Templa, supercilio praeerupti stantia saxi.

Non ego Dictynnae, Cybeles, non sacra Mineruae

Templa peto, venerorq; harum simulachra Dearum:

Sed tua Virgo potens, tua templa Maria requiro,

Palladiumq; tuum, feror ad Tritonidis arcem

Serviae, & inuictum Tingraei ruris asylum.

Huc pateram plenumq; Sabaeae melle salinum

Huc fero vota, pijsq; manus, laudumq; tuas

1470

6

Dieta



Heroicum ad laudem B. Virginis.

Dina tubam hanc cape, namque tuis appendo  
phæis.

Quid cortina mihi veterum, quid templa De-  
runt?

Celica tu verè Pallas, Iudæa virago

Quæ ducis Assyrij, ducis inquam guttur Averni

Dissecuit gladio, & primæne matris acerbum

Ingluuiem, ramum referens celestis olive.

Tu verè illa Dei, & Superùm Berecynthia  
ter,

Quæ ceu vimen Aron, discinctæ nescia zone

Rore carens vno partu centena nepotum

Millia, mille rosas peperisti quas in amœnis

Abicis Elysijs campis iam numinis aura

Afflari, & largo saturari nectaris imbre.

Tu verè Diana nemus, saltusque repostos

Quæris, amasque loci Genium gemmantis, & ca-

Quas tibi de Floræ posuerunt messe Napææ

Carmen amas, tibi quod dextra saliente manilla

Fudit ouans Dryadum septenis agmen amens.

Tu nemus illud habes, vbi multa cademibus  
nis

Quercus anus Dominam te nutu, auiumque  
ces

Cune, te Celi Rezinam voce salutant.

Hic quacumque Deum incedis Regina redactis

Per nemorum tractus, sacre vestigia plantæ

Pompa legit, Lucinae xpers, Celi que renata

Splendidior facie, & pedibus, quodcumque  
cis



### Heroicum.

Præsit iter, myrrhae passim & sudantis amomæ.  
Auræ grauis, patulis passim ridentia labris  
Lilia, commuens oculis Hyacinthus, & auræo  
Nix bene nupta croco, passim ingeniosa rosarum  
Luxuries, bifera credas violaria Pesci.  
Sic nummis, varijs ita tessolata smaragdīs.  
Sic Tyrio, croceoque renidens, area, vultu  
Aurum & Sidoniam plantis substernit Arachnem  
Attamen & Luna minor, orbe tacente, cadentis  
Subsequa stella rotæ, & furtiua lampade Luna  
Pernox, aspectu frater no obtusior errat:  
Sic tu virginibus graderis formosior vna  
Omnibus, esque iubar pompæ, comitumque tuarum  
O Dea, Peonie, ô Hygea Sicheimia Iyluæ,  
Que conclamat is adfers solatia rebus  
Inter aues, auritasque ad tua nomina quercus,  
Inter aquas, nemorumque umbras, ubi plurima re-  
mis  
Spirituum legio, volucres sine corpore mentes  
Remigio alarum volitant, & cuncta fidelz  
Iussa ministerio peragunt. succurre duci que  
Regique & populo mihi ab alta Collis Acuti  
Virgo Maria Pharo, maternam porrige dextram,  
Stella Maria maris, mare, torrens, flumen amoris.

A 7

AD



AD FONTEM OPPOSITVM RE-  
VERENDAE VIRGINIS ARAB.

**C**edite Clitoriae procul & vos Phoci-  
dis vnda,  
 Planta Medusei quas caua fudit equi.  
 Servia Rentino nuper subiecta Gradivo  
 (Heu dolor!) est alijs officiosa vadit.  
 Illa putes olim patefactae viscerarupis  
 Quae sunt Mosaeam fonte sequuta manum.  
 Vnda stat excisi conclusa crepidine saxi,  
 Datq; salutaes has Samaritis aquas.  
 Vtibus illa potest dare magnam ad carmina ven-  
 tem,  
 Ex hoc Castalio fonte, Poeta, bibe.  
 Saepe salax fluit in Cypriam tua vena poesim  
 Si Mariana bibas flumina: castus eris.  
 Saepe Machaonia non es sanabilis arte,  
 Si Mariana bibas pocula, sanus eris.  
 Saepe immundo sordem tua pectora cano,  
 Si Mariana bibas flumina: mundus eris.  
 Curre, velut ceruus sitibundum gutturis ignem  
 Proruit ad liquidas deposu'urus aquas.  
 Flammea si fauces acuit sitis, improba labes  
 Viscera suffusis situmescit aquis:  
 Vade salutariorum te proluet fonte,  
 Si ampl. x Aoniam lympha refundet opem.  
 Salve fons radio decoctis mollior vuis,  
 Salus Peonia vena perennis aquae.



**Fontera Elegia.**

Orbis ocellae, tuæ iecur, atque medulla Mariae  
Seruata, & vrbs canæ religionis, aue.  
Vrbs pietatis amans salue: tibi Delphica tellus  
Cedit, & in medijs candida Delos aquis,  
Salue Diua, tum liceat mihi tangere fontem,  
Largam virgineæ sumere flumen aquæ,  
Dulcior haustus aquæ mihi melle, quod eductus  
est  
Mollis arundineis, orbe tepente, cadis.

**CHRONICON.**

**Marla DVCE.**

**BALTASAR DE  
COLLEM** in Colle-  
gio Regio Duaci  
Rhetor. Prof.

**APPROB.**



APPROBATIO.

Hos libros quatuor Miraculo-  
rum ad intercessionem gloriose  
Virginis Deipariæ diuinitus exhibito-  
rum, tribus in locis celeberrimis  
Hannoniæ, Pago nimirum  
Tungrensi, Camberoniæ, & in oppo-  
sido Cheruia; antea legitime  
editos lingua gallica; nunc autem  
latinè fideliter conuersos, digno  
censui qui imprimerentur. Duaci  
8. die Martij, 1605.

BARTHOLOMÆVS PETRVS  
Lintrensis S. Theolog. Doct. & Prof.  
in Acad. Duacensi.





**LIBER PRIMVS**  
**COMPLECTENS MI-**  
**RACVLA, QVAE APVD TVN-**  
 gros iuxta Cheruiam in Hannonia mi-  
 rabiler facta sunt ab anno 1081. ad  
 annum vsq; 1602. interuentu glo-  
 riosissimæ Virginis Dei  
 Matris.

*Proponitur descriptio pagi Tungrensis.*

**CAPVT I.**



**N**VNGRI, pagus Hanno-  
 niæ insignis & amœnus,  
 diœcesis Cameracensis, ab  
 oppido Athomille passi-  
 bus distans aut circiter: à  
 Cheruia verò quingentis,  
 sublimen habet in aëre saluberrimo situm,  
 hinc longa & patente planitie eaque copiosa  
 & fertili diues: illinc, idoneo versandæ molæ  
 fluiolo (cuius ripæ multo gratoque virore  
 circumlitæ) commodus. In somma talis ac  
 tanta est loci commoditas, quem illustris he-  
 ros Hector (prout confestim videre licebit) re-  
 liquis



reliquis certè omnibus vnã postpositã  
 fuerit, in sedemque fixam & stabilem delatã  
 rit: cuius cellarijs etiam Mystodocheriũ, huius  
 pastoralis domus ædi sacræ vicinã, ad huius  
 tum vtitur, vt, suprã Seniorum traditione  
 vulgatãque famã, inspicientibus non  
 rit iudicatu difficile: idque conformiter ad  
 quæ infrã dicentur. Fuit hic locus præter  
 sæculis pietatis nomine pretiosus & beati-  
 cius affectus à sede apostolica, vt ex Regelin  
 constat, tum ob antiquissimã sodalitatẽ  
 ibidem in honorẽ sacratissimę Virginis Ma-  
 tris erectã: tanta quidem auctoritate, iuris-  
 dictione & priuis legibus, vt per totum His-  
 moniæ comitatum res ea sit diffusa, tum de  
 pænẽ infinita, eaq; illustrissima & protulsa  
 thetica miracula, quæ Deus, gloriosissima  
 Matris suæ interuentu & precibus, operatus  
 est. Sed & Patrum nostrorum memoria, Sacer-  
 tissimus Pontifex Clemens eius nominis sep-  
 timus concessit de data anni 1514. 20. Aprilis  
 primo sui Pontificatus anno diploma, quod  
 etiamnum hodie in Ecclesia asseruatur (edem  
 ore loco supra cathedram, è qua Dei verbum  
 annuaciatur) munitum 16. Cardinalium  
 gillis: qui congregati, & de memorata sodali-  
 tate ac miraculis certiores facti, concesserunt  
 singuli centum indulgentiarum dies in per-  
 petuum omnibus vtriusque sexus, qui in ho-  
 tu gratiæ preces in iam dicta Ecclesia fuderint



in beatissimæ Virginis festis Natiuitatis, Cõceptionis, Purificationis, Annũciationis & Assumptionis. Porro iam nominati Hectoris temporibus Tungri, tantum vicus erat dependens à Tungris Sancti Martini, nec à tempore ita multo inde disiunctus peculiarem habet partem. Nunc temporis spectat ad D. Comitum Berlamontium & Lalanium, aurei velleris equitem &c. annexusque est Lensensi territorio.

**DE MODO IMAGO B. MARIÆ**  
*Angelorum ministerio miraculose Tungros  
allata sit, non minus dilucidè quàm  
periucundè exponitur.*

C A P. II.

**A**Nno supra millesimũ octuagesimo primo, pridie Purificationis, ad undecimam noctis horam, imago gloriosissimæ & beatissimæ Virginis Mariæ Tungros ab Angelis allata est candida & lucida nube adorata, tanto quidem splendore, ut territorium illud omne quasi in ipso meridie inclaresceret. Locus hic in horto conspicuus includebatur castello Domini Hectoris à Tungris cognomento Magnus: qui pro tempore viduus 42. erat annorum vir spectabilis & præstans, quæ stirpis nobilitate (nã Comitibus Flãdriæ & S. Pauli sanguine iunctus, etiã nepos erat Comitis Namur-



Namurcensis) qua vitæ laudabilis, sanctior  
*vide infrac. 11.* } que morum præconio Quo  
 quomodo diui } domesticis de extraordina  
 nitus à cecitate } ria ista claritate condocet  
 sit liberatus. } ctus (nam à triennio vi mo  
 bi cæcus erat) surrexit è lecto, seseque ad con  
 locum transferri iussit, quo iam incolæ per  
 præuenerant stupentes, & scire plurimum con  
 siderantes, quid sibi res ea vellet. Er ecce  
 per sesquihoram aut circiter audiuit summi  
 mam & incomparabilem melodiam, diffusam  
 interim odore fragrantissimo, qui sancta quo  
 dam, nec facile explicabili alacritate festi  
 eorum & mentes in diuinæ gloriæ contempla  
 tionem accensas erigeret Vbi cessante  
 symphonia, Hector imaginem illam in su  
 cubiculum reuerenter & honorifice delata  
 dam curauit, & sollicita vigilique custodia  
 seruandam. Die sequenti inde mota, & ad  
 Martini parocchiam magna cum solemnitate  
 præuijs crucibus & labaris seu vexillis  
 cris, delata est per parocchiam iam dicto Hec  
 re comitatum, & magna insuper incolatum  
 turba, tam eorum qui visionem hanc percipi  
 perant, quam aliorum qui iam audiendi san  
 gratia conuenerant: ibique, non sine publicis  
 sanctis ceremonijs ac veneratione multa  
 per summum altare fuit collocata, Ac in  
 ta nocte, illa ipsa hora, qua paulò antè dicitur  
 tus aduenerat, eodem Angelico ministerio



ad hortum Hectoris est relata; qui cum surrexisset, eam in suum cubiculum honorificè, vt antè, reponi iussit, ac postero die pari ceremoniarum apparatu & pompa iterum à S. Materni prædictam parœciam referri. Res mira: Proximo post die, prima luce nuntiant serui domestici Domino suo, sese imaginem reperisse in eodem horti loco, vbi prius fuerat. Quod vt vir bonus cognouit, præ gaudio & stupore gestiens, Deo Virginique Matri pro tanto fauore gratias egit. Ne quid verò leuiter aut temerè circa rem tanti momenti faceret, consultum putauit Reuerendissimum Dominum Ioannem Cameracensem Episcopum de rei serie cõmonefacere, vt ipsius iussu authenticum instrumentum fieret, ac orbi publicaretur ad beatę Virginis laudem & honorem. Quem in finem, nobilem è suis vnum Ioannem Brugeletanum cum litteris rem totam aperientibus ad Episcopum destinauit: qui hoc nuntio non mediocriter exhilaratus, in Dei & gloriosissimæ Matris eius laudem toto mentis affectu prorupit, adiecitque se insignes aliquot viros & auctoritate præditos, nec non & vita cõmendatos missurum, qui in rei veritatem & facti circumstantias plenius inquirerent. Coëgit concilium, vbi litteras D. Hectoris à Tungris legendas exhibuit. Episcopi propositum de mittendis aliquot viris idoneis, ab omnibus accommodum & conueniens



ueniens, est iudicatum. Quocirca de nomine  
 fuerunt quatuor viri precipui, puta loannes  
 Muquetius, Petrus Montius, Guillelmus  
 Castro, & Robertus Brunus, cum expresso  
 mandato particularim & fideliter rem  
 inquirendi. Qui postquam eo loci uentum  
 Hector comitatus Dominis Petro Baluacensi  
 Domino, suo genero (duxerat enim huius  
 uxorem filiam Hectoris natu maiorem  
 non postea Domino à Ghistellis nupsit,  
 tempore miraculum contigit) & Joanne  
 Domino de Huffegnies spectato equitum  
 Ecclesiasticorum numero non exiguo,  
 moratam imaginem accipi, denuoque  
 atque MARTINI templum referri  
 Cuius rei ueritas, ut indubie patet  
 communi consilio, concordique  
 loco conopæum erectum est ea uia, que  
 ter Tungros, & B. Martini præfatum  
 plium interiacet; decretumque ut duo è  
 gatis Cameracensibus inibi confisterent,  
 alijs ecclesiasticis, donec ab euentu alie  
 res euaderet perspicua; reliqui duo in  
 nominati Hectoris castello remaneret  
 mitati eodem Hectore ac Dominis de Baluacensi  
 lo & de Huffegnies alijsque nobilibus, Eo  
 ce, sub instantem undecimam nocturnam  
 dem forma modoque quo prius accesserat  
 ad locum suum est relata, transiens supra  
 moratum conopæum magno cum spectantibus  
 gaudio



gaudio & stupore. Illic visi sunt sibi videre caelos apertos & multo lumine circumfuso scintillantes, ac velut per tubulum in animos il-lapso quasi quineta quadam essentia gaudiorum & deliciarum caelestium: ibi enim conspicati sunt venerandam illam imaginem caelida nube circumdatam suavi quodam celestique sono ac fulgore aures & oculos pulsan-tem & praestringentem, eodem plane schone-mate, quo prius visa erat ad D. Martini, idque magno, mirabilique cum triumpho & inau-dita magnificentia. Illic auditi cantus & me-lodia prorsus angelica. Ibidem aer visus quasi balsamo & pretiosis Thymiamatis perfusus, tanta inde suavisissimi odoris emanabat fra-grantia. Quid multis? Peractis admirandis hisce mysterijs, fit concursus ad locum, & reperta est ab ipsis imago sic, ut antea, in ipso horto: ibique se humi prosterntes la-crymanibus oculis, & ad caelum sublatis, genibus in terram defixis, iunctis manibus, & corde diuinitus accenso, hanc in precati-onem erumpunt. O Maria gloriosissima mi-sericordiae mater, quae ex beato gloriae tuae throno non cessas pro famulis & clientibus tuis in vndoso huius mundi pelago laboran-ibus aduocatam agere apud vnicum filium tuum Dominum nostrum, eiq; virgineas mamas tuas, & quibus lac suxit infantulus, ostendere,



ex intimo corde tibi gratias agimus quam  
 possumus maximas, quod misericordes  
 mites oculos tuos in nos conieceris, quod  
 eum hunc tua præsentia beare, & per ima-  
 gem hanc te (quæ altissima & potentissima  
 coelitem Imperatrix) nobis familiarem  
 bere volueris, nobis, inquam, vilibus & ab-  
 iectis terræ vermiculis. Fae nos, o vitæ for-  
 tanò tamque admirabili beneficio digna-  
 Et vt filius tuus pauperulæ viduæ munu-  
 lum non est aspernatus; ita & tu corda nostra  
 ac bonas voluntates, ac nos ipsos, quantum  
 cumque sumus, in clientes & obsides suscipis.  
 Fae loco, eumque illustra, ac visita (& pe-  
 gratiarum tuarum agmina, in nos tibi deo-  
 tissimos copiosa largitrix influe) quem sanctæ  
 sanctæ maiestatis tuæ pedibus prouolui-  
 num dicamus, consecramusque. Memoramus  
 Dominus Hector ingenti perfusus gaudio  
 quod Virgo Mater locum suum tam illustre  
 miraculo honoraret, ad imaginem vnam  
 suis tota nocte vigilauit, & prima luce audens  
 res ac delegatos illos duos accessit, iussit  
 quos & rogauit vt Reuerendissimo Archiepiscopo  
 piscopo Cameracensi totius rei gesta scribere  
 aperirent: qui sese id sedulo facturos proce-  
 tentes, sine mora in viam se dederunt.

Die mensis Februarij decima septima de-  
 uerendissimus dominus Ioannes Episcopus  
 Cameracensis Tungros aduenit; in dicto



us aduentu suo pastoribus vicinis : qui & comparuerunt sacris induti vestibus , preuijs Crucis vexillis & labaris ecclesiarum suarum, magna populi comitante caterua. Eodem die Reuerendissimus concionem habuit , locum & hortum, vbi erat imago, dedicauit , inibiq; sacrum fecit . Quo finito , Dominus Hector supplicauit vt totum Castelli sui fondum & ambitum consecraret, quod & illico factum est.

**QVIDAM DOMINVS ALTERIVS MANUUM** vsu à nouennio destitutus , cereos accensos ante imaginem B Virginis offerens, manum sanam ac eiusdem vsu recepit:

## CAP. III.

**V**igesima septima proximè sequētis Martij idem supradictus Dominus Hector ediculam ad honorem & laudem beatissimæ Virginis erigi curauit: ad quam confestim accurrunt ingens multitudo ex omni statu, sexu, ætate: hi quidem vt imaginem miraculis plenam, iamque passim diuulgatam viderent; illi verò vt sibi, vel propinquis suis sanitatem impetrarent sicuti eodem die & mense, quum prædictum exstueretur facellum proprio experimento didicit supranominatus Ioannes Dominus de Hufsegnies, qui alterius manu

B nuum



naum vsu iam à nouennio deficiente per  
grinationem ad Tungros vouit: quo vi  
nit, sacrumque fieri curauit, manum cere  
obtulit, candelas quindecim accensas, de  
te sacro, manu apprehendit; quas post factam  
ante imaginem beatissimæ Virginis ob  
& offerendo manum sanam & præsentem  
lius vsu se recepisse sensit, & multum  
uisus est; quæ exstitit occasio, celeriter, quæ  
adificandum supererat, ad umbilicum per  
cendi.

*RVELLA 27. ANNOS NATA, QUÆ*

*vsu loquendi à 12. annis amiserat ad horum  
circiter orans B. virginem, statim  
loqui cepit.*

CAPVT IIII.

**E**iusdem anni quarto Aprilis Anna E  
minia ex opido Atheni progenera  
annos viginti septem nata, vsu loquendi  
duodecim annis ex graui morbo amiserat  
Quid pluribus verbis utar? oblata est p  
beatissimæ Virgini Tungrensi (exstante  
huc imagine velo cooperta) orauit ad horum  
aut circiter, & ecce statim loqui cepit  
ne grandi miraculo. Vnde ut ampliores  
tias Deo, Virginique Matri ageret, totum  
hic exhaustit nouendium, seque quocumque  
eo peregrinaturam vouit. A quo tempore



annos 37. superuixit, nupsit, & liberos plures peperit.

*INFANS EX ANIMIS IN LYCEM  
editus reuixit per merita sanctissime  
Virginis.*

CAPVT V.

**S**Upradicti mensis die septimo Arbæ, mulier 18. annorum nomine Ioanna in partu periclitans, iamque deserta, post dies quinque totidemque noctes foetum mortuum edidit: qui aſſeruatus in diem ſequentem ad octauâ horam Tungros ablatuſ eſt; ibique per merita & beneficia ſanctiſſimæ Virginis reuixit, baptizatuſ eſt, & Stephanuſ à Ponte, ut eiꝯ pater, dictuſ: qui & poſtmodum factuſ ſacerdoſ, obiit paſtor loci de Ligne.

*QUIDAM MANVM ET PEDVM  
uſu orbatus à quinquennio Tungros delatuſ, poſt  
votum à ſe emiſſum fabricandi candelabra in  
honorem B Virginis, orantque ibidem,  
ſe incolumem & ſanum ex-  
pertuſ eſt.*

CAPVT VI.

**E**uſdem anni die Aprilis decimanona quiſdam Iacobuſ Boſquilloniuſ ex moribus  
B z Han



Hanonix duos & triginta natus annos  
 vici de Hauret dicti, diues & opulens, a  
 nifex pedum & manuum vsu orbarus a  
 quennio, vouit coram beata Virgine, si  
 tatem reciperet, se ad primum quodque  
 elaboraturum duo stannea ponderis viginti  
 quatuor librarum candelabra, quorum  
 que candelam trium librarum imponeret  
 coram imagine collocaret. Tungros se de  
 ti fecit, ibi orauit, & momento citius  
 eo peruenit sese sanum & incolumem  
 Superuixit ad annos quadraginta Peregrinationem  
 nationem anniuersariam ad beatam Virgine  
 Tungrensem repetens. Contigit hoc  
 culum in presentia dicti D. de Tongres  
 tum adhuc caeci, qui ea hora missa facie  
 adfistebat coram filio B. Virginis meritis & p  
 cibus se videndi vsu recuperaturum.

*INSIGNI MIRACULO LAPIDIS  
 calx & arena diuinitus parata ad extructio  
 nem aediculae, in B. Virginis memori  
 am consecrandae.*

CAP. VII.

**E**odem anno vigesima octava eiusdem  
 sis cum fabris murarijs deficerent lapides  
 calx & arena, quibus in constructione aedi  
 lae inchoatum opus continuarent, sequenti  
 nocte tantum lapidum allatum est ab oppo  
 do Antonio (vnde & alij lapides p  
 ra



uecti fuerant) quantum viginti currus capere potuissent, tantumq; calcis & arenæ quantum perficiendæ ædiculæ satis esse poterat, idque insigni miraculo, putà sine curribus & equis. Visa fuit dum daxat mulier in habitu candido, quæ instar peregrinantis materiam dispo- neret & dirigeret.

**Q**UIDAM IUVENIS PER QVADRI-  
ennium grauitè è sagittæ ferro in coxa offensus  
cum magno vitæ discrimine, vbi Tungros cur-  
ru aduectus pijs fudit preces, confe-  
ssim ferrum erupit è  
coxa.

CAP. VIII.

**E**odem die seruus Episcopi Cameracensis nomine Ioannes Atrebatius annorum quindecim in coxa saucius è sagittæ ferro, idque à quadriennio, magno vitæ discrimine tentatis omnibus vijs quibus ferrum educi posse videretur, cum nihil sic proficeret, rheda Tungros aduectus fundit preces, & ecce continuo ferrum suapte sponte exiit è coxa, unde seruus ille pristinae fuit redditus sanitati. Hinc Episcopus mirè gauisus est, auditisque per Dominum loci etiam alijs miraculis, se quod sui erat officij facturum existimauit, si ea per totam suam diœcesim publicanda curaret. Quæ secunda est miraculorum appro-  
batio



batio Episcopi auctoritate facta.

**INFANS PER ABORTVM** Mortuus, Tungros ubi delatus est vita simul et  
 misericordia donatus est: mater vero cuius  
 vitam vitæ discrimen adducta, miraculose  
 eripitur, implorata B. Virginie ad-  
 iurice manu.

CAPVT VIII.

**S**ub id tempus ablatu est infans mor-  
 tuus ex oppido Mortania; & ecce tibi be-  
 tissima Virgo miracula conduplicat. Infans  
 mater Maria à Campis dicta sexto iam mense  
 prægnans, dum ad Scaldis ripas herbas secum  
 incidit in fluuium, & in ipso casu operam  
 implorat B. Virginie à Tungris. Fer, inquit,  
 mihi ô Domina auxilium, subito ceu aqua  
 ad tres iactus arcus per aquam deducta  
 tam dextrè, vt nullum corporis dolorem  
 quidem senserit: sequenti tamen die ex præ-  
 zito pauore mulier abortijt. Allatus est infans  
 vt prædixi Tungros, vixit, saluari aqua  
 ètus est, cui parens iustitricus fuit Iacobus  
 Ioannis Domini de Hufsegnes, qui cum ma-  
 poris in edicula sacro intererat, vnde & hoc  
 miraculi factus est conscius & ocularus testis.  
 Puer hic postea custos fuit mariecularius in  
 ecclesiæ Cherquiensis, postea Romanus perijt, in



annos duodecim moratus; demum in patriam redijt, factus est Sacerdos & Ecclesiæ Sonegiensis Canonicus, ac Pastor in Tungris, ubi & fato concessit.

*QVÆDAM DOMINA A MEDICIS  
deserta confugiens ad Beatam Virginem admodum  
miraculosè liberatur ab enormi fistula,  
quæ duodecim annis labora-  
uerat.*

CAPVT X.

**A**Nno millesimo octuagesimo nono,  
die mensis Augusti vndecimo, præsen-  
te Domino Ioanne Fontano, alijsque perso-  
nis notabilibus, Domina lociditi d'Antoing  
Margarita magno miraculo sanata fuit à fi-  
stula, qua laborabat ad maxillam dextram ab  
annis duodecim: per quam euenit vt tam de-  
formis efficeretur, vt nullus esset, qui vellet e-  
am in vxorem recipere: nam post longi tem-  
poris iacturam, & sumptus graues frustra fa-  
ctos, medici eam deferentes incurabilem in-  
dicarant; Cum autem parum, imo nihil spei  
superesset ab hominibus, ad B. Virginem sup-  
plex confugiens Tungros vsque peregrinata,  
confestim sanata est, & postea nupta Domino  
Hectori Tungrensi Dynastæ, ex quo duas su-  
stulit proles marem & foeminam; superstesq;  
fuit

B +

fuit



fuit ad triennium marito, iuxta quem loca  
ta est in ædícula Tungrens.

PLANE ADMIRANDO MIRACULUM  
supradictus Dominus Hector à cecitate liberatus  
qua per triennium grauabatur: simulque multum  
minum & equorum prostrata pedibus, ad  
Marie sacellum delata, protinus  
reuixit.

## C A P. II.

**D**ecimo octauo Iunij, anni millesimo  
nonagesimi supradictus Hector  
noctis undecima monitus est ab Angelo  
iussu Diuæ Virginis arma sumere, & suppo-  
ferre Francorum Regi Philippo id nono  
primo. (Huius Hectoris præclara etiam sunt  
cap. 2) Hic regnauit anno millesimo quingentesimo,  
gesimo, usque ad annum millesimum centum  
simum vigesimum) qui non procul a To-  
co Neruiorum Insulas versus, castrametum  
erat. At Hector, quod cæcus esset, inno-  
centi huic fidem habere non audebat, cum  
mans sibi illud esse per phantasma, doc-  
secundo & tertio fuisset eadem de re com-  
nitus duabus scilicet noctibus subsequen-  
bus. Quæ causa fuit cur magnam sibi armata-  
rum, clientum & mercenariorum manus  
armatam collegerit, obuiamque Regi, qui  
iam diuinitus hac de re commonefactus



rat cum certa spe adipiscendæ victoriæ, pro-  
dicat: nam pridie in Concilio decretum fue-  
rat vt Rex Tornacum sese reciperet, ibique  
belli successum expectaret, tum ob magnam  
hostium numerum, quorū caput erat comes  
Flandriæ, tum etiam ne Francia, Regio san-  
guine orbata mœreret. Nam filij Regis alibi  
erant in armis, atque ita in vitæ discrimine.  
Castra hinc inde in mutuū occursum &  
conflictum sibi prōxima quum essent (idque  
Dominica die ipsoque festo sancti Ioannis  
Baptistæ) Tungrensis Dynastes, pro innata pi-  
etate volens numini supplicare, conuersus ad  
locum vbi erat in veneratione beata Virgo,  
finita precatōne, visum sic recuperauit, ac si  
nunquam antea fuisset cæcus. Contigit hoc  
in præsentia Regis ac totius exercitus. Vnde  
ingenti cum cordis affectu gratiæ Deo, Virgi-  
nique matri ab omnibus sunt actæ. factoque  
in hostes impetu memorabilis & miraculosa  
victoria penes Regem stetit. Hoc ipso die tres  
filij Regis alij in orbis partibus illustri victo-  
ria, superatis hostibus, sunt potiti. Quæ res  
permouit Regem vt Tungros peregrinatio-  
nem suscipere, vbi & elegatissimam crucem,  
in qua portio Dominicæ crucis inerat, quæ  
etiamnum hodie visitur in ecclesia Tungren-  
si, donauit cum pluribus sacris reliquijs; vt,  
parte vestis beatæ Virginis, brachij sancti Ste-  
phani, ossium sanctorum Petri & Pauli, cum



tribus magnificis calicibus, tribus dalmaticis, totidemque cassolis, Diaconorum & subdiaconorum ornamentis aureis lilijs cyaneo in campo fulgentibus, fago militari quo indotus usus erat in die victoriae, collato insuper ingenti thesauro in usum ecclesiae. Quum autem immodica esset affluentis populi turba, his quidem Regis, alijs autem recens illustri nati Hectoris videndi studio concurrentibus, mulier quaedam ab Huflegnies Ioanna nomine molitoris vxor, in consertam multitudinem audacius quam par erat, irrupens, hominum equorumque pedibus obtrita periit. Quod multis? In ædiculam beatæ Virgini sacram, ubi Rex & proceres sacrum audiebant, illam subito reuixit, membris omnibus incolumis. Ex hoc miraculo, ædicula sacra longè lateque innotuit, eique à summo Pontifice, ac Regis facta est potestas erigendæ Sodalitatis, quæ etiam per vniuersam regionem dono acquirendi quòd in ædiculæ ipsius lucra & emolumenta cederet, sicuti ex actis constat authenticis. Porro institores, quorum præsertim intuitu fuit erecta sodalitas, soliti erant quotannis concinnandas curare tres candelas magni ponderis in honorem beatissimæ Virginis, persoluebantque dictæ ædiculæ prædicti mercium institores tributum duarum centarum librarum cum aliquanta pecunia, vt ex illorum priuilegijs liquet.



HOMO QUIDAM, INVOCATA B. Virgine, mirabiliter à mortis præservatur periculo cum vxore sua, quæ edito fœtu mortuo, vbi is Tungrum delatus super altare est depositus, fufis à patre precibus suscitatur, baptisatur, exim. deq̃ue superuixit 18. annis.

CAPVT XII.

**A**Nno millesimo quateruicesimo decimo sexto, die Septembris quarta, Ioannes à Spina ciuis Insulanus mercator panariarius, nocte dum à cœna redit, ad quam euocatus fuerat à quodam amico ( cui nomen erat Petrus Esclufanus ) in ipso foro commorante inter campanam & turrim ciuicam, incidit in quinque sicarios micronibus & gladijs armatos, qui hominem cœsum, punctimque ferientes pro mortuo reliquerunt. Exclamore & strepitu vicini festinanter accurrunt, eumque in proximas ædes deferunt, ac vestibus mortuum, aut certè mox mortuū rati spoliant; videbant enim vestes hîc illîc dissectas, ad hominem sanum præter spem reperiunt, & vehemèter mirantur, quaruntq̃ ex eo quî fieri id potuit. Quibus ille; Ego inquit, gloriosâ Virginē Tungrelem inuocaui, p̃ quâ & seruatus sū. Illa enim multos ictus lethaliviolētia illatos sustinuit. Interim fama trîstior ad vxoris ei⁹ aures puenit, cū scilicet vel iugulatū, vel certè mortuū p̃ximū esse; tū illa

lmatib;  
& subdia  
yanco in  
uo indio  
o insuper  
Quum  
ali turb  
is illum  
rentibus  
na nomi  
alitudin  
hominū  
ij. Qu  
sacram  
t, illat  
columi  
gē lateq  
ac Reg  
is, quin  
o acqui  
& emolu  
authe  
ertim in  
quotan  
elas me  
a Virg  
prædict  
um cert  
ex illorū



attonita ad locum accurrit, & vt vidit fre-  
 tiam hominum, in terram ceu exanimis ca-  
 ruit. Erat autem prægnans & partui proxi-  
 vndè & paulò post abortijt è mortuo fo-  
 Memoratus Ioannes à Spina sacre Virg-  
 Tungrensis meritis confusus, ad eius m-  
 riam peregrinationem suscepit, venit co-  
 ces fudit pro coniugis incolumitate, donec  
 redit, infantem abortu eiectum, exstinctum  
 que videt, & vxorem in extremo quasi  
 actu constitutam cereum benedictum ma-  
 bustenentem. In tali tantaque angustia  
 tum sese in preces effundit, & beata Virg-  
 Tungrensis imaginem ori coniugis app-  
 & ecce, quæ loquelam amiserat, & extraxit  
 spiritum à quarta matutina agrè duxerat  
 eam erat hora vespertina) iungit manus  
 beatæque Virginis opem implorat, & con-  
 lescit, Pater de filio mortuo sollicitus, et  
 gros deferri iubet, & super altare collocat  
 vbi suscitatus, paulò post baptizatur, & de-  
 deinde ad annos octodecim in Domini  
 tem electus.

*Q*UIDAM PER SICARIOS IN  
 bore suspensus, mirè, inuocata virginis op-  
 ripitur, & penè nudus Tungrensis  
 stea petit.

CAPVT XIII.



**A**Nno millesimo centesimo quarto ferijs Beati Thomæ Gulielmus quidam Gandensis cognomento Monsterius Tungrensem Ecclesiam ingressus est strigēte cololum laqueo. Is, dum rediret à nundinis Brugensibus per sicarios, qui ipsum strangulatum ex arbore suspenderant, ac pro mortuo in siluis reliquerant, assererat se dirapsum: Cum autem prius in tam aperto vitæ periculo beatam Virginem Tungrensem inuocasset, ecce mulier in veste candida soluit vinculum, deponit eum ab arbore, blandeque consolatur & monet vt votum impleat, illaque euanuit. Vnde hic recta petit Tungros eodem schemate pæne nudus, agitque Deo gratias, & beatæ Virgini, totiusque rei gestæ seriem pastori Tungrensi & omnibus ibi præsentibus enarrat.

*QUAEDAM PVELLA PER TRIENNIVM paralytica, B. Virginis interuentu à paralyfi liberatur.*

CAPVT XIV.

**A**Nno millesimo centesimo decimo quarto ferijs beati Nicolai, paupercula quædam puella nomine Anna Caucia è Lignensi territorio progenita; ægra & paralytica totoque triennio cliuica, quum se suaque salutem beatæ Virgini Tungrensi commendasset, primò sedit super stratum, quod

B 7 ab



ab annis tribus retrò lapsis facere nequiter  
tum surrexit in pedes: deinde gemino  
subnixa Tungros venit, fusaque prece,  
moram, penitus conualuit, posteaque  
nupsit opulento. Huius rei testes fuerunt  
minus de Ligne, pastor, & Tungrensis  
stes, & capellæ gubernator.

*QVIDAM DVACO TUNGROS  
tens, & ibidem missam audiens, sum  
chij recipit, quo antea destitue-  
batur.*

## CAPVT XV.

**A**Nno millesimo centesimo quadage-  
mo secundo die 6 Iulij venit Duaco  
gros peregrinus quidam dictus Ioannes  
ger, Blato natus, alterius brachij destitutus  
su; qui dum in ædícula beata Virginis factus  
audit, plenam perfectamque sanitatem esse  
secutus in præsentia Decani Cheruzæ & pa-  
lai dicti, & sororis Pastoris Osticensis & pa-  
rium aliorum spectabilium. Hic Ioannes  
agnitionem accepti beneficij, sacello  
candelabrum ferreum triginta pondo in  
moriã triginta denariorum quibus  
stus venit. Id candelabrum adhuc  
esse perhibetur.

QVIDAM



apud Tungros in Hamonia, 39

QVIDAM THESAUROS ECCLESIAE  
Tungrensis surripere praesumens, miserrime  
à vindice manu Dei puni-  
tur.

CAPVT XVI.

**A**Nno supra millesimum centesimo  
quingagesimo in solemnitate Pa-  
schali, filius pastoris Tungrensis  
(quem de legitimo matrimonio ante sacer-  
dotium susceperat) noctu clanculum ædem  
Tungrensem ingressus per fenestram, sacris  
fontibus contiguam vt furaretur ecclesie the-  
sauros, qui erant in gazophylachio, arrepta se-  
cure viam fecit: sed vt pugillos aliquot argen-  
to impleuit, ita se occulta vi præpeditum in  
brachio sensit, vt manum è gazophylacio re-  
trahere non posset: quo tempore factus a-  
mens & mutus, à vindice manu Dei, hæsit at-  
tonitus misereque afflictus, donec factum ei-  
us in omnium notitiam deuenisset: nec loqui  
potuit, nisi à patre suo in nomine Dei beatę  
que Marię Virginis coniuratus. Tum Prætor  
Senatusque Tungrensis apprehensum conie-  
cit in vincula, vt pauldò post vitam finiret la-  
queo, sic enim condemnatus erat: sed felici  
auspicio cum pœniteret illum sceleris; carce-  
res, qui vicini erant ædi, perfregit & Auernos  
fugit: vbi eremiticam vitam duxit ad no-  
stram DOMINAM de Puteo, quam vocant

PVER



*PVER AQUIS PRAEFOCATVS*  
*Beaque ad altare B Virginis delatus, pro-*  
*nus ad vitam reuocatur.*

## CAPVT XVII.

**E**odem anno filius Iacobi mol-  
 submersus ad aquæ cataractas, patre  
 lente, perijt. Ad altare beatæ Virginis  
 tus, confestim reuixit.

*INFANS MORTVVS IN LVCIS*  
*editus, & postea super altare B. Mariæ*  
*tus vitæ restituitur.*

## CAPVT XVIII.

**A**nno millesimo ducentesimo  
 quinto ferijs beatæ Catharinæ  
 uia vxor Ioannis Queneau cercuilla  
 ris, prolem mortuam edidit, quæ sic  
 est à duodecima meridiana feria sexta,  
 ad secundam pomeridianam insequen-  
 sabbathi, eò quòd pater tū temporis  
 qui reuersus, prolem accipit, eamque  
 delatam super beatæ Virginis altare  
 quæ paullò pòst viua exstitit, lauacro  
 recreata. Quia verò filia erat nomen  
 cepit Catharinæ: deinde ad mo-  
 trem viuens est relata.



**HOMO PER SEXENNIVM PED-**  
dum vsu miserè carens, prodigiòse sanatur ea ipsa  
hora, qua vxor eius procurabat missam  
suo nomine celebrari ad altare  
B. virginis.

CAPVT XIX.

**E**odem anno Ioannes Molitor plaustra-  
rius, natus & moratus Lessiniæ, postea-  
quam toto sexennio pedum vsu caruit, sana-  
tus est mirabili modò ac pænè prodigioso.  
Venerat vxor eius Tungros peregrinationis  
ergò ad decimum quintum Augusti, quo so-  
lènes feriæ Assumptæ in altum Genitricis ce-  
lebrantur. Audiuit illa Ioannem Regium ver-  
bi Dei præconem, qui inter cætera docebat  
contritione, & peccati confessione, munitum  
esse debere, quisquis preces suas à Deo vellet  
exaudiri. Finita concione, peccatorum exo-  
mologesi facta pro mariti leuamine à prædi-  
catore sacrum fieri petit ad altare beatæ Vir-  
ginis. Dictu mirum, illa ipsa hora, qua sacrum  
fiebatur, maritus eius domi suæ lecto decum-  
bens per somnium sibi visus est cum vx-  
ore sacro interesse in ædicula Tungrensi: vi-  
sus est etiam sibi sanus & incolumis. Indè à  
somno experges factus, re vera se pristinæ sani-  
tati restitutum deprehendit. Duos è suis fratri-  
bus excitat, nomen vni Gerardo, alteri Theo-  
dorico: quibus comitibus penè nudus vt erat,  
venit



venit Tungros, vnde dicta missa rediens  
 eius, transmissio iam opido Atho, man  
 habuit obuium bene sanum. Ipsa vero  
 & dictis fratribus eius Tungros regredien  
 Deo Virginiq; Matri gratias pariter  
 peragerent. Nondum autem inde reced  
 concionator, ei rem totam illa narrat in  
 riti, fratrumque eius praesentia: qui  
 moris igne succensus ad suggestum, de  
 redit, & concurrente tanquam ad  
 spectaculum populo, Dei pandit magis  
 actaque referri procuravit, gratias Deo  
 niq; Matri summas agens: Dicitus autem  
 annes superuixit ab illo tempore 24.  
 manes eius peregrinus toto vitae suae

**INSCRIPTI SODALITIO B. V. M.**  
*viae Virginis à grassante pestilentia preser-*  
*uantur & liberantur.*

## CAP. XX.

**E**odem anno pestis per totum illum  
 etum sic saeue grassabatur, vt in opido  
 pagis vix cuiquam parceret, nullo certis  
 usue discrimine, praecipue tamen Achana  
 uaserat. Ibi tum erat mulier peregrinans  
 Tungros nomine Nicolaa, quae nihil salu  
 tuebat à pestilentia, quod B. Virginis ho  
 rate subnixae esset, & inscripta alba Sodalit



tis eius apud Tungros, quo fiebat vt vicinos  
& amicos suos incitaret ad votum peregrina-  
tionis Tungrensis. Persuasit hoc illa quam-  
plurimis, qui cum suis domesticis à peste im-  
munes extiterunt, & ad Tungrensem ædicu-  
lam, peregrinatione suscepta, actisque; deinde  
beatissimæ Virginis gratijs sese peregrinorum  
& sodalium catalogo inscribi fecerunt. Ex  
hoc rumore totum per opidum sparso, cuius  
animi pia deuotione, ac deuota pietate mira-  
biliter fuerunt inflammati. Quæ res loci pa-  
storem permouit, vt publicam ac solemnem  
processionem ab Atho ad ædiculam Tungrē-  
sem populo nouis delibuto gaudijs indiceret  
Ventum est eò non sine magna pietatis signi-  
ficatione, sacrisque ceremonijs. Auditus est  
præco ille diuini verbi Ioannes Reginus mo-  
do commemoratus, qui tantam credulæ ple-  
bis animis ingenerauit fiduciam de fauore &  
auxilio Dei, per beatissimæ Virginis merita  
obtinendo, si modò serio ad Dominum con-  
uerterentur, vt inde salutaris admodum suc-  
cessus, & lætus euctus prodierit. Ab eo enim  
tempore vindex Dei manus exarmata est, &  
horribile Dei flagellum in opido iam nomi-  
nato conuicuit, ita vt exinde nullus omni-  
nò cuiuscunq; demum ætatis fuerit pestilentie  
morbo sit sublatus. Insigne hoc & euidēs mi-  
raculū nusquā non innotuit: vnde & alibi po-  
puli similem veræ conuersionis viā ingressi,  
potiss.



potissimum verò Valentianis & Tormentis  
pestilentia mirè & subito sunt liberati.

*RELIGIOSVS ALTERIVS INTER  
strangulatus, quia B. virginis se ante mortem  
mendauerat tutela & precibus stupendo ve-  
digio ad vitam reducitur, ac postea Abbas  
spacio 31. annorum suos piè moderatur, eorundem  
dem mitra resignata, apud Tungres per  
sexennium superuixit, ibidem  
que sepeliitur.*

## CAPVT XXI.

**A**Nno millesimo ducentesimo  
mo, Domino Petro Torneio  
Cisonij vita functo, Dominus Ioannes  
hemius, vir qua religione, qua vite sancti-  
tate celebris, in demortui locum à Cæcoda-  
monio electus. Quæ res Dominum Theodoricum  
d' Auchy malè habebat, qui nihil nouerit  
habere, omnemque (quod aiunt) lapidem m-  
bat tum promissis, tum muneribus, ut  
dignitatem prouideretur. Et si verò eum  
bitiosè persecutus est, tamen quod requirit  
pax, neque idoneus esset, passus est re-  
fugere. Fugit enim gloria persequentes, qui  
modo speciem & virtutis vmbra in le-  
tuentur. At Cæcodæmon, accenso in  
ri animo ambitionis igne, abominabile  
ei suggestit. Proditoriè enim hic Theodoricus  
eus colludit cum electi ministro, alleno-



que alio nebulone secreti conscio : quorum  
opera de nocte Ladhemij cubiculum ingredi-  
tur, quem dormientem annexo ad collum la-  
queo, suspendit è lacunari cubilis, fortiter  
premit & strangulat, & mortuum dimittit, e-  
umque intra thori linthea recondit, pendente  
ad collum fune: hinc cum sceleris affinis  
recedit obseratis cubiculi foribus. Porro bo-  
nus hic Antistes lethales sentiens angustias  
sele Deo commendarat & nostræ Dominæ  
Tungrensi, quam singulari affectu prosequer-  
batur. Exorta luce proxima, quæ eius benedi-  
ctione erat destinata, mirari omnes ceperunt,  
quod ad ædem sacram non veniret: ad cubi-  
culum concurritur, fores pulsantur, aures at-  
tentæ præbentur & ne hilum quidem respon-  
si accipitur. Quæritur minister peruersus, in d-  
iam homicida maledictus, qui clauis ianuam  
patetefaceret: At ille Tornacum effugerat. Fra-  
ctum est ostium, mortuus in lecto inuenitur  
cum fune ad collum alligato Dominus The-  
odoricus affirmat eum desperasse, sibi que ne-  
cem conseiuisse: pergit ambire dignitatem,  
allegans Ladhemij electionem à Deo repro-  
batam, vnde se potius eligendum contende-  
bat. Interim cadaver ad locum effertur capi-  
tularum, super lugubrem pannum deponitur,  
& cooperitur donec sacrum diuinumq; offi-  
cium foret completum: iuxta corpus manet  
Nouitius quidam Frater Petrus à Belliolo, de-  
functi



sancti nepos tredecim annos natus. Nola  
 rō consecrationis corporis Christi præam  
 la, sonante, puer in has voces erupit, O Do  
 ne Ladhemi mi auuncule, placeat Deo &  
 gini Matri animam tuā recipere: ô Auuncule  
 auuncule, quanto mœrore propter mortem  
 conficior: Quibus dictis, hē tibi res stupen  
 nimis. Mortuus quippē ceu à grauiore for  
 excītus. Gaude, inquit, mi nepos, non sum  
 tuus. His auditis puer & metu occupatus  
 gaudio ebrius properat ad chorum, & mag  
 voce clamat: Non est mortuus Auunculus  
 us, mihi iā nunc locutus est. Religiosi quid  
 mētes, & prorsus attoniti ad præfatū Cap  
 larē locū dicto citius aduolant, & prædic  
 Ladhemiu offendūt honestē panno coarct  
 flexis genibus orantem Deum: quem illo  
 schemate ad chorum adducunt: reuolūc  
 Tungris venisse, ibiq; accepto ad vsum bucc  
 ario & veste pastoris (qui magister & D. Iose  
 nes Nazaretus dictus est) factū fecisse ad ab  
 re B. Virginis. In cuius rei testificationem  
 ibidem funem, quo strāgulatus fuerat, re  
 quisse. Quod superest nescire se an in spū  
 tantū, an in spūritu & corpore simul, id dē  
 rit. Qui autē aderāt tā insolita narratione  
 pefacti, diligēter in rē totā Tūgris inquirunt  
 Omnia reperiuntur veritati cōsona: Latro  
 cōprehensi: conuicti, & commēto sup  
 affecti: D. Ladhemius designato loco



lum vocant) accepta benedictione factus est  
Abbas Cisonij. Prouinciam illam ad annos v-  
num & triginta cum laude administravit. E-  
uoluit à benedictione diebus duodecim, ve-  
nit pari numero Religiosorum comitatus,  
nudis pedibus, omni cum humilitate gratias  
actus beatissimæ Virgini: Tungris ad tridu-  
um demoratus prædicari fecit hoc miracu-  
lum Et populum alloquens: Ego, inquit, is i-  
pse sum, cui tantam gratiam beatissima Vir-  
go contulit; agamus illi pariter omnes quàm  
maximas possumus gratias, sectamur & uerè  
ter genua, confitentes nos tantis indignos fa-  
uoribus. Tandem Abbaticalem mitram & pe-  
dum de sui conuentus & Capituli consensu  
nepoti suo iam memorato resignauit. Quo  
facto sedem & domicilium sibi Tungris de-  
legit, vbi ad sexennium vixit, miro semper  
beatissimæ Virginis amore flagrans, in eius  
seruitium & loci decorationem propensissi-  
mus. Nam ædiculam quoque ad umbilicam  
perduci procurauit, adiutus à Tungrensi Dy-  
nasta, qui tū superstes adhuc D. ab Aldenardo  
dicebatur. Quin etiam eo sollicitante inchoa-  
tus est chorus, cum parte non minima turris  
& naui ædiculæ. At paulò post Tungris in-  
fata concessit, & in beatissimæ Virginis sacel-  
lo ante altare iuxta iam nominatum Dyna-  
sten sepultus est anno 1258. Est autem adeò  
fama fulgatum hoc miraculum, vt etiam nū  
hodie



hodie Cifoniensis Abbatia feudum possi-  
situm in Templuua, quod supradictum  
hemius emptum donauit conuentui, in  
rerum supra scriptarum memoriam, duo-  
nachi quorannis in festo sacrosanctae Tri-  
tatis venirent, vterq; cum cereo duorum  
mo, vbi sacrum facerent, populoque hoc  
raculum, ne eius intercideret memoria,  
dicarent, ad honorem beatissimae Vir-  
ginis ad cuius inuocationem patratum erat  
Abbatis persona. Quamquam, quibus de-  
sis nescio, à tempore tumultuum, qui per  
gium saeuierunt, hæc tam pia peregrinatio  
pita & obliuioni tradita videatur: quod  
pietatem nihil redolere certum est.

*QV AEDAM HEROINA EX PV-  
rio mortua, & in fossam deuoluta, reni-  
serò Tungros delata, vbi fudit preces ante  
nis imaginem, edidit fetum pulcherrimum,  
quem antea edere non potuerat, qui  
vixit ad annos 67.*

## CAPVT XXII.

**A**Nno supra millesimum ducentis  
quinquagesimo octauo mense Sep-  
tē, Domina de Lens, Theodoricus Dynastæ  
Lens coniux, tribus diebus, totidemque  
ctibus parturiens periculosè laborauit, nec  
iustum partum perducere scē ū potuit, quæ  
quid naturæ conatu, & medicinæ vi profici-



tur; ob idque deserta, ac pro mortua cum veteri sui foetu iudicata, atque adeo sepulta est cum ea ac tanta funebri pompa, quae talem ac tantam Heroinam deceret. Nobiles, propinqui ac vicini cadauer comitati sunt ad Abbatiam usque Camberonensem, ubi prouide sepulturae locum sibi delegerat. Finitis autem hisce funerarijs pompis, defunctae, solemniter more parentum, impositum feretro corpus in fossam deuolutum est. Et ecce subito diuinitus exclamat defuncta: O beata Domina Tungresis mihi fer opem, obsecro. Fuerat autem haec mulier per omnem vitam beatissimae Virgini deuotissima, & in parturitionis doloribus acutissimis, illius preces & merita saepius implorauerat. Mox extracta de fouea, reperta est uiua, & ad instar rosae rubicunda, rogans ut Tungros deferretur, ubi se fuisse per diem & noctem affirmauit, eo tempore quo pro mortua fuit derelicta. Qui aderant, eius voluntati morem gesserunt, Abbate, monachis, & omnis ordinis nobilibus eam honoris & admirationis causa deducantibus Tungros usque: ubi vix quarta horae parte haesit ante beatae Virginis imaginem, cum pulcherrimum filium edidit: qui mox baptizatus Ioannis nomen accepit, postea factus Dynastes de Lens, vixitque ad annos 67. maxima virtutis & probitatis opinione, & Camberonae sepultus est. Memorata Heroina ad ostidium haesit

C

Tua



Tungris, vna Dynastæ loci domo, quæ ad  
 factæ vicina erat, quotidie ex intimo cordis  
 affectu gratias agens gloriosæ Virgini, fons  
 vitæ. Deinde in Castellum suum de Herche  
 reducta, cum marito Theodorico ad plures  
 annos vixit, suscepta peregrinatione an-  
 uertaria ad beatam Virginem Tungre-  
 sem.

*DVO INNOCENTES DAMNATI  
 ad mortem, vbi sese B Virgini commendarunt,  
 mirando ac planè stupendo miraculo Tungre  
 translati, ante imaginem B virginis, mi-  
 rabiliter, vinculis solutis, li-  
 beri euaserunt.*

## CAPVT XXIII.

**A**Nno ducentesimo quinquagesimo  
 nono, die Aprilis decimo octavo, quæ-  
 dam Petrus Monius incola pagi Bauffia, pa-  
 rum rediens sub vesperum trucidatus  
 grandi malleo per fabrum quemdam ma-  
 rium (cui nomen Flaminius Hannius) pe-  
 tum annos viginti quatuor. Hæc caelis  
 secreto perpetrata est, vt nulli innotuerit.  
 huiusmodi tamen iudicijs & coniecturis  
 milibus imputata est Mattheo Nigro &  
 anni Carbonio eiusdem pagi incolis: qui  
 paullo ante tres illi inter sese confite-  
 iuxta hospitium cerui, in foro Chetuz



verbis vtrunque minacibus, maximè autem ab istis duobus, qui se à nominato Petro læsos querebantur. Vnde hoc iniuriarum fundamento apprehensi fuerunt per Prætorem & Senatum Cheruiæ; adeoque acriter habiti in tortura, vt confiterentur se auctores cadis, quo sic scilicet vitæ & intolerandis cruciatibus finem imponerent. Ex hac confessione extorta, capitis damnati sunt, idque sequenti die, qui martis erat Iunij duodecimus. Cumque è domo ciuica, vbi lata erat in eos mortis sententia, regrederentur ad carceres, audierunt pulsum campanæ ad Completorium apud Tungros: vnde factum est vt ex intimis præcordijs cum gemitibus & lachrymis beatæ Virgini, innocentis matri, se commendarent: protractis precibus in horam noctis duodecimam prout audierunt carceris custos, carnifex Montensis & fascillites, ijs audiendis mirè delectati. Quo facto an hoc dormierunt vinculis ferreis compediti: dumque dormiunt, in ædicula Tungrensi se esse somniant, Deum precantes coram imagine sanctissimæ & pietissimæ afflictorum patronæ. Somnium & oratio felicem exitum sortita sunt; ita vt summo mane sub auroam aditus & custos ædis aperiretur portas, inuenerit viros duos ferro catenatos in vestibulo cubantes graui sono oppressos: apud quos terris clamant,



mat, versat, percutit vt excitet, sed frustra, de  
 nec plures alios ad se iuuandum vocales, quod  
 talem occursum stupentes mirabantur. Acci-  
 tuus denuò conterctat & vehementius percu-  
 tit, donec tandem experrectos videt: ac illi  
 istimantes Carnificem esse, veniam petebat.  
 At ædituus & qui cum eo erant interro-  
 runt eos quinam essent, quisuē eos ad illud  
 locum adduxisset? At ipsi sese adhuc in car-  
 re esse existimantes responderunt se esse  
 feros illos captiuos, de quibus hodie Christus  
 supplicium sumendum erat. Cumque  
 ligerent se Tungris esse ante fores, ad  
 miro gaudio, alacritate, & incredibili  
 affecti sunt. Inducuntur in ædiculam  
 Mariæ, vbi statim ferrea vincula ex  
 pedibus & manibus exilierunt, idque per  
 te populo illuc congregato, qui non  
 gausus est, ac Deo Virginique miseris  
 matri gratias egit. Hoc factū innotuit  
 uia, visitantur carceres quos vectibus  
 sulis obductos inueniunt, sed carceris  
 dem conijciunt in vincula quasi qui  
 carceris fores aperuisset. Interim  
 magistratus sollicitati Tungros veniunt  
 rati vxoribus & liberis captiuorum, ite-  
 nquis amicis & vicinis ac liberis vxoribus  
 sancti Petri Montij magnoque populi  
 rati, omnes insigne hoc miraculum  
 ant, omnesque vnanimi consensu in Deo



tæque Virginis laudes prorumpunt, captiuis  
 declaratis liberis. Quod agnoscentes illorum  
 vxores, tanta lætitia sunt perfusæ, vt quasi ex-  
 tra sese raptæ in terram corruerent, vix vllò  
 in ipsis vitæ indicio superstitæ. Maximè ve-  
 rò vxor Ioannis Nigri, quæ sic per tres horas  
 affecta est, & tanquam mortua delata, ad i-  
 maginem beatæ Virginis. Quamobrem ma-  
 ritus eius sese humi prosterait, ac deuotissimè  
 sacræ Virgini supplicat, vt quemadmodum il-  
 li ab imputata cæde innocentes erant, sic mi-  
 seræ coniugi sui vitam restituat, & liberatio-  
 nis suæ gaudium duplicet: & ecce illicò ad se-  
 se sana & incolumis redijt. Porrò Flaminus  
 cædis auctor captus amorem cuiusdam puellæ  
 Cheruiensis, cui nomen Anna Boucheria Ni-  
 colai filia octodecim annorum, eam octauo  
 Octobris insequentis abduxit, vt eadem lu-  
 xuriosè abuteretur, sublatis clanculum Nico-  
 lai Pecunijs: quod vt rescijt, eos persecutus  
 est. Cumque puella Ormagnium peruenisset  
 ad viam quæ Tornacum ducit, partim metu,  
 partim synderesi perculsa, Tungros reuertit-  
 ur ad cognatam quandam suam, cuius ope-  
 ra, puella postea patri suo reconciliata est: at  
 nebulo tabernam cereuisariã adijt, vbi à Se-  
 natu Tungrensi captus, & quæstioni admo-  
 nus pecuniam reddidit, confessusque est se Pe-  
 trum, de quo supra meminimus, occidisse;  
 sed & aliam cædem patris Aldenardi, quo-  
 rum



etiam nomine inde exulauerat. Priusquam  
autem moreretur, ab vxoribus & libera Po-  
tri ac Matthæi Nigri & Ioannis Caspary  
supplex veniam petere voluit, agnosces de-  
uini operis esse quod in loco tam præcellen-  
tis miraculi moreretur. Sic igitur de illo sa-  
prum ibi supplicium. Illud addam de memo-  
rato miraculo, quod præter euidentiã quæ  
nemini non notum est, etiam ex actis & regis-  
tris Curie cum Cheruensis, tunc tunc Tun-  
grensis luculenter probari possit.

*INFANS AD ALIQVOT DIES PER-  
ditus recuperatur, vbi mater ad adiculam B. vir-  
ginis confugiens, eiusdem implorat auxilium. At  
puer aquis feruentibus suffocatus ad vitam reser-  
tatur, vbi ad eandem adiculam deprecatur  
est, fufis ad Dei matrem pro eodem  
sanctis precibus.*

## CAPVT XXIV.

**A**Nno supra millesimum trecentese-  
trigesimo sexto magister Ioann-  
Moullartius Athenis, vir probus & pie-  
tus, ætatis quadraginta septem annorum, quo  
tempore Tungrensis pastor erat, duo ce-  
tigerunt memoranda miracula à sepe-  
vsque ad decimum quintum diem mensis  
Iunij; vnum circa puerum quinquennem in



Creiter ex Baudoria progenitum nomen Io-  
ānem, qui cum in syluam ad legenda fraga  
abijffer in die sabbathi comitatus fratri suo  
vudecenni & sorore nouenni, ab ijs in sylua  
derelictus & deperditus est. Qua de causa  
mater eius dicta Margarita dolenter moleste-  
que tulit amissum filiolum, quem & tota no-  
cte quæsiuit & sequenti luce Chirantiam &  
Villam vsque processit, sed & quærere  
non destitit vsque ad diem Veneris proxi-  
mum, quo ipsa Baudoriæ sacrum audiens in  
animum induxit Tungros vsque peregrina-  
nari. Sic inspirata ad piissimam Virginem  
matrem in preces sese effudit pro filio recu-  
perando, anniuersariam peregrinationem  
vouer, infantem suum offert, immò & sci-  
psam beatæ Virginis obsequio. Finita preca-  
tione, accepto candido habitu, Tungros  
venit, vbi maxima erat populi multitudo, ita  
vt ædem sacram ingredi nequirit. Eo tempo-  
re Pastor prædicabat & populo affirmabat  
illo ipso die fore ibi magnum aliquod mira-  
culum, proindeque monebat auditores ne  
quis indè recederet. Tandem candida illa  
peregrina ædem ingressa precatur, rem-  
pandit pastori, in genua procumbit, & pec-  
cata sua confitetur: quo factò, rursum in-  
clamat opem beatissimæ Virginis, piè con-  
querens de amisso filio, cum ecce subito pue-  
tulus à die Sabbathi perditus (hic autem vt di-



atum est, dies erat Veneris) ei in manus re-  
 tus est. Quem mater videns & loquentem  
 diens, ac in stuporem data, pæne exanimis  
 corruit, sicque ad tres horas & amplius se-  
 buit. Pastor & populus pro illa orant, can-  
 beata Virgini obtulerunt: inde sibi confes-  
 reddita, gratias & laudes Deo Virgini que-  
 tri ex intimo corde deprompsit. Ad hoc  
 Etaculum accurrit quædam hospita domo  
 vbi pro insigni pendet corona in Tungri-  
 xor Gulielmi Aldenardensis ex Atho eorum  
 decim annorum; quæ cum infantem  
 trimestri paullo maiorem tepido balneo  
 ueret, cupida cognoscendi huius miracu-  
 dendæque illius peregrinæ, infantem  
 collocat super puluillum, & venit ad  
 sacram, vbi hæsit aliquamdiu: tandem  
 data filioli sui, domum regreditur, quem  
 rit in cacabo feruentis aquæ, vnde in tanta  
 iram exarsit, vt ad ædem vnde venerat, pro-  
 reret animo nocēdi memoratæ peregrinæ  
 potè cui filioli sui mortem impuraret. At  
 conatum pastor & populus represserunt,  
 ad mulieris domum accurrentes ipsam  
 qua feruida elixum inuenerunt: quem  
 acceptum, ad beatæ Virginis altare deuotè  
 ravit, & populo vt oraret persuasit, & lib-  
 reuixit infans: qui postea vitam vsque ad  
 nos quadraginta sex protraxit, factus post-  
 ter & pastor sancti Brietij Tornaci. Sed  
 paulo



filium peregrinæ reuertamur, Tugris hæsit ad quindecim dies; populoque passim ostensus est: quem Dominus Gulielmus Cameraensis Episcopus custodiendum & instituendum curauit, donec fieret monachus sancti Guisleni. Fuit autem puer uterque cum parentibus peregrinus B. Virginis anniuersarius. Memorata autem hæc miracula, iam dictus Episcopus prædicanda & publicanda mandauit.

*PER IN PROFVNDVM AQVÆ  
rum prolapsus per inuocationem B. Virginis,  
non sine miraculo, saluus euadit  
periculum.*

CAP. XXV.

**A**nno supra millesimum quadringentesimo nono, puer quidam è Cheruia, mendicus, undecennis nomine Martinus, Ioannis Barbæ filius supra cataractam præalti gurgitis (cui nomen ab ijs qui fila contorqueunt) carioso nixus affere didicit, solaid uidente puella & exclamante, quoniam puer mergeretur. Audita est autem illa ab homine fila contorqueante, Ioanne VVillemano dicto, à sacrificio missæ regrediente: qui mox accurrit, neque uidet principio quidquam præter pueri canistrum aquis supernatans; sed paulo post apparuit facies pueri, manus con-



iungentis & clamantis: O dulcis Virgo Maria nostra Domina Tungrensis, mihi feceris, propitium illi Deum esse & beatam Virginem promittēs: nec enim illi superpetias poterat, quod aqua esset vicinos pedes & plus alta, soluto nimirum gelu. Deuotus itaque puer est ad gurgitis ripam indeque tractus, ac illæsus inuentus. Quod factum est ut eiusdem mensis die duodecimo, seculum lemne cum processione publica in gratiarum actionem fieret, multa cum spiritualium animarum lætitia: ubi comparuerunt cum puero his induto, & manibus cereum gestantibus, alijque multi Tungrenses & Cheruenses, cum nonnullis finitimis.

**PVER GRAVE INFORTUNUM**

in facie passus, statim atque eum pariter & alij deuenerunt, cerum pro eo detulerunt, & eundem in eiusdem adicula obtulerunt, protinus sanus factus est.

**CAPVT XXVI.**

**A**Nno supra millesimum quadringentesimo decimo quarto, Ioannes puerulus biennis filius Ioannis Biermerani Vindelicuriae incolae, incidit in falcem, qua excurram illi maxillam cum capite, vsque ad



Ati oculi supercilium, pertuso oculo medio  
 scidit. Concreditus est tribus medicis curan-  
 dus, sed frustra: nam sua opera & industria ni-  
 hil præstare valentes, eum deseruerunt tan-  
 quam certò morti destinatum. Quod ut pa-  
 rentes viderunt, puerulū Beatæ Virgini Tun-  
 grensi deuouerunt, mox cæreum deferunt,  
 infantem offerunt, & statim sanitati reddi-  
 tus est. Subeat hic adnotare, ô lector beneuo-  
 le, omnia hæc miracula huc vsque authenticè  
 fuisse confirmata, & munita sigillis & aucto-  
 ritate tam summorum Pontificum, quàm E-  
 piscoporum Cameracensium, sed pleraque  
 instrumenta temporum iniuria, bellorumque  
 tumultibus intercidisse. Quod tamen asseri-  
 mus, pluribus libris, regeſtis, antiquisque scri-  
 ptis, ac notitia illa communi, quæ à patribus  
 ad filios peruenit, nititur. Que mihi causſa fu-  
 it, cur particularius de his tractationem susce-  
 perim, fortassis etiã rudibus quàm delicatis  
 auribus conueniat; illud tamen mihi subit cogi-  
 tate hæc facta memorabilia, suo pondere &  
 sanctitate satis lucis & splendoris adferre nar-  
 rationi, non adhibito vana eloquentiæ faco,  
 verborumque pigmentis aut lenocinijs. Se-  
 cura est ea temporum calamitas toti provin-  
 ciæ tam funesta, ut plærique beatissimæ Vir-  
 ginis limina visitantes, neminem inueni-  
 rent, à quo possent in particulari de miracu-  
 lis ad inuocationem beatæ Virginis patratis,



edoceri, nec à quo sacrum fieri posset. Vale  
nec litterarum monumentis fuerunt con-  
gnata, quæ tamè proximè expressimus, passim  
in registis repetita conspicias.

**VELLA A GRAVI MORBO LIBE-  
rata, simul atque eam mater B. Virginis  
Tungrensis deuouit.**

CAP. XXVII.

**A**Nno supra millesimum quadringentesimo nonagesimo primo, ferijs beati Iohannis Baptistæ, mulieri cuidam ex Hulfegingianis in Osticensi parœcia, cõiugi Petri Aquæ, fuerunt filia, quas Tungros adduxit: quarum maior vehementi morbo ab initio hienasitægressæ laborans, frustra medicorum operam subsidiumque expectarat. Vouet illam mater sancto Christophoro, deinde Constantino, post Gislæno: pluries etiam sacrum per monachos Atheneses faciendum curat, nullam secuta leuatione. Tandem venit illi in mente beatæ Virginis Tungrensis, cui virginem vouit peregrinam, illicò sanitatem recuperauit. Innotuit hoc miraculum populo.



apud Tungros in Hamonia.

**VER CAECVS RECVPERAT VI-**  
sum statim atque ad B. virginem destinatus  
est, eoq̄ue piè deductus.

CAPVT XXVIII.

**A**NNO 1591. filius Iacobi du Bois fabri  
murarij, incolæ de Hussegnies iuxta  
Hardem pontem, cœcus, vt destinatus est ad  
beatam Virginem peregrinus eoq̄ue dedu-  
ctus, visum recuperavit.

**INFANS MORTVVS IN HANC**  
lucem editus, susa ad B. Virginem prece, re-  
suscitatur.

CAPVT XXIX.

**A**NNO 1593. vxor Petri Bouchier in  
maximo vitæ tum suæ, tum liberorū  
periculo duas proles enixa est. Sub mediam  
noctem omnes domestici sese in preces de-  
derunt, ædem sacram circumierunt, ac domū  
reuerſi mulierem liberatam inueniunt: infan-  
tem quem mortuum ediderat, vident di-  
uinitus suscitatum, qui cum alte-  
ro baptizatus fuit.

PVEL



**P**UELLA INCURRIBILI MORBO  
afflicta & à medicis derelicta, ubi Tugnot  
aducta est, magno miraculo est  
sanata.

## CAPVT XXX.

**E**odem anno filia Dominae Launoy  
in vicinis Hannoniæ habitantis, in vicinis  
go de la Chaussie dicto, fontico & incurabili  
morbo afflicta, & à medicis deserta, confisa  
inijt deuouend. se in peregrinam ad Tugnot  
quò cum fuisset aducta, magno miraculo  
nata est, etiamnum hodie superstes.

**I**NFANS REPERTVS VIVVS  
vtero matris defuncte baptisatur, matre, dum  
in viuis, postulante vt post mortem secaretur,  
quia confisa B. Virginis precibus spe-  
rabat infantulum vita  
non cariturum.

## CAPVT XXXI.

**A**Nno 1595. vxor Petri Lonon  
temporis Prætoris Tugnotis  
summo partus periculo animam  
gens, sese aperiri siue viuam, siue mortuam  
iussit, confisa Virginis matris patronæ  
bonitate infantem, non cariturum vita.  
Adm.



Athum, medici seu chirurgi accersendi gratia. Vix pedem extra domus limen seruus protulerat, quum mulier vita defuncta est. Venit Chirurgus, eam secuit, & infantem viuum repperit, qui baptisatus ad aliquot horas superuixit. Quatuor hæc miracula præsentē & vidente Domino Ioanne Latore, per id tempus Tungrensi Pastore, contigerunt.

*PUELLA A MORBO INCURABILISANATA, simul atque eam pater ad beatam Virginem deuouit peregrinam.*

CAP. XXXII.

**A**NNO millesimo quadringentesimo quateruicesimo decimo septimo Thomæ VVillemanni tunc Tungrensis æditui filia duodecennis ex morbo contraxit fistulam in facie: cui curandæ adhibiti sunt, Chirurgicæ & medicæ artis periti tres: qui cum nihil proficerent, eam deseruerunt, iudicantes & oculum perditum, & vitam ipsam. Pater puellam ad beatam Virginem Tungrensem peregrinam deuouit iudutam habitu candido, quæ statim sanitatem est consecuta.

**QVIDAM**



**Q**UIDAM MERITIS B. VIRGINIS  
ab incurabili malo liberatus, cum se duosque filios  
qui exanimis in hanc lucem ediri erant, eodem  
deum deuouisset, protinus vitam cum  
baptismi gratia rece-  
perunt.

## CAPVT XXXIII.

**A**Nno 1598. duodecimo die Martii  
Iacobus à Campis Bliquiaci agens  
incurabili malo, meritis & interuentu fan-  
tæ Virginis Tungrensis liberatus est. Quod  
cùm se peregrinum deuouisset cum duobus  
liberis, qui gemini & eodem partu eiectione  
tui fuerant, vita & baptismi beneficio per-  
sunt.

**Q**UÆDAM ENIXA FILIUM MOR-  
tuum, ubi Deo se commendauit, uolens pere-  
grinationem Tungros, subito infans,  
vita recepta, baptizatus  
est.

## CAPVT XXXIV.

**E**Iusdem anni, iam dicti mensis. die decimo  
quarto, Francisca Grandis, uxor  
iuidam cui cognomen tum à Quercu, extra-  
lium mortuum, Deo se commendauit, uolens



uens peregrinationem Tungros. statimque puer vixit, & à Pastore loci Ioanne Blondellio, qui miraculum hoc litteris suis & manuali signo contestatus est, fuit baptisatus.

*QV AED AM ALIA MVLIER FOETUM mortuum enixa, proprio eius pastore, Virginem salutante coram sua imagine, protinus factus vitam & baptismum recepit.*

CAPVT XXXV.

**E**iusdem anni die lunij vigesimo quarto in peruigileo S. Ioannis Baptistæ Maria à Vinea Iuliani Brumberti coniux grauiter laborans, nominato Ioanni Blondellio, qui ad visendam eam consolandamque venerat, declarauit se à quinq; vel circiter mensibus pregnantem esse. Obstetricem accersiri iussit pastor, qua præsente, illa infantem perexiguum, & vita carentem produxit. Pastor orat canitque Antiphonam, Salue Regina, coram beatæ Virginis imagine, & nulla ferè mora interposita puerulus vitam accepit & à Pastore baptisatus ad duas horas superuixit. Quin etiam mater ipsa non nihil conualescere visa est sed præ gaudio fortassis quod viuum filiolum nosset, aut certè ex occultiore causa in nouam febrim incidit, ex qua sensu & intellectu

vigens



vigens obiit. Tria hæc postrema miracula  
scripta sunt & signata Chirographo Domini  
Ioannis Blondellij Pastoris.

*MULIERE QUADAM FILIO  
suum mortuum deuouente B. virginis peregrina  
protinus is reuocatur ad vitam, tempore quo  
eundem in finem quidam sacerdos  
faciebat missam.*

## CAPVT XXXVI.

**A**Nno supra millesimum 602. An-  
no die 23. apud Malbodium  
Maximiliani Meurantij & Catharini  
de Latte vxoris eius, Ioannes nomine, cum  
menses quinque planè mortuus iacebat  
inanimis, & de facto tanquam verè mortuus  
est sepultus, quando interea temporis  
uenit prænominatus Dominus Ioannes La-  
tor nunc Sacellanus dictæ ciuitatis Malbo-  
densis: qui cum aduerteret patrem & mater-  
gravi luctu ac mœrore confectos, suscitatis  
vtpio gemitu matris Dei subsidium petere  
carent, quæ apud Tungros magna in reueren-  
tione habetur & colitur: quo in loco gratia  
& stupenda viderat miracula recentè per-  
ta, ipso adhuc existente pastore, ipsi præteritis  
suis quæ præteritis acciderant temporibus  
Quibus non surda aure auditis, &



MEVRANTIVS & vxor miros deuotionis ignes intra se concipiunt, & ex intimis animæ præcordijs sese ad misericordiæ matricem conuertunt, puerum suum deuouentes peregrinum, prout similiter facit præfatus Lattor, qui eundem in finem missam celebrandi gratia venerat: sub cuius missæ decursu infans vitæ pristinae restituitur, adhucque viuit sanus & incolumis. Hoc autem miraculum contestatum & consignatum est manu dicti Domini Ioannis Lattoris sub duplici testis qualitate, Notarij scilicet apostolici & imperialis.

*AD HVC ALIA QUAE FOETVM pepererat, imò etiam gestauerat in vtero mortuum, ubi B. Virginis implorauit opem, simulque filium eidem deuouit peregrinum, confestim in vita & baptismali gratia potitus est.*

CAP. XXXVII.

**A**Nno supra millesimum 603. in mense Augusto, vxor Thomæ VVargny, cui Paulna nomea est, geminas proles enixa est, quarum vna vitæ beneficio destituta prodijt in mundum: imò verò ex obstetricis sententia aliquando tempore mortis legem subierat antequam materno prodiret ex vtero, sicque est conseruata est ad horam & ultra absque vllò vitæ iudicio. Quibus cōmota ma-



ta mater, extremis desolationis premere  
angustijs, Virginisq̄ue Tungrensis pie  
inuoans opem, simul & ibidem missam  
ius deuouit honorem, ubi à puerperij legē  
libera foret: imò vero toto vitæ suæ decore  
eidem peregrinum consecrauit in factum  
quòd idem tum fecerunt omnes amicos  
sentes proni in genua ruentes. Quo facto  
de miraculum, redijt ad vitam qui antea  
tuus erat, sacroq̄ue baptisinate Hussenij  
etiamnum est in uiuis. Hoc autem ipsum  
raculum solenni fide certificatum fuit  
no Pastori moderno apud Tungros  
patrem & matrem & ipsam obstetricem  
per feminas alias ibidem tum præsentem  
vtpote Elisabetham Lattoriam &  
Ioannam Galiotam.



*Hæc miracula diligenti examine perlegi, depre-  
bendique conformia regeſtis ædiculæ beatæ Virgi-  
niſ; idiomate vulgari conſcriptis. Factum tibi po-  
ſtultimo Octobris die, anno 1603.*

M. IOANNES HVVE-  
TERIVS Paſtor  
Tungrenſis.

LIBER





**LIBER SECVN-**  
**DVS, QVO COMPLECTI-**  
**TVR MIRACVLA PATRIS**  
 apud Camberonam in Comitatu Han-  
 nonia meritis & precibus gloriosissimæ  
 Virginis Mariæ ab anno 1324  
 ad annum vsque

1602.

*De situ & origine Camberonensis  
 Cœnobij.*

## CAPVT I.



**A**MBERONA, est  
 eaque illustris Cisterciensis  
 ordinis Abbatia in Comita-  
 tu Hannoniæ diœcesis Cam-  
 beracensis, à Montibus  
 est vibs Metropolitana  
 bus passuum millibus distans, altis vsque  
 tiquis muris lapideis septa, quorum circum-  
 longus est ad quingentos passus, salubris  
 & amœno sita. Hinc enim ædificia conspi-  
 tur edijore loco eminẽtiore constructa, quo-  
 bus accedunt horti egregij, planis & arboribus



bus fructiferis ac delitiosis copiosi, patente  
quaqua versum aere per planitiem fecundam  
& fertilem. Illinc annis fontibus limpidis &  
argenteis, vnde multa manant vivaria domui  
percommoda: quorum aqua duabus molis  
versandis idonea, vni intra sepra, alteri ex-  
tra non procul à ditione ipsius Abbatia,  
qua celebris est & admodum insignis: Illie  
aedes sacra diues & opulenta, vbi monachorū  
sedilia raro & excellenti artificio elaborata,  
historijs & sculptis imaginibus ligneis tam è  
veteri, quàm nouo testamento ductis, conspi-  
cua patent intuentibus, cum magnifica Hie-  
rothea sacrosacta Eucharistia Effigies Cru-  
cifixi mirò modo fabrefacta visitur cum alijs  
Cimelijs, longa item serie antiquorum ex  
marmore & alabastro sepulcorum: vbi mul-  
torum Magnatum corpora tam in aede sacra,  
quàm in subdualibus quadrangulis quiescunt.  
Originem primaque fundamenta hoc insi-  
gne monasterium accepit à beato Bernardo  
anno supra millesimum centesimo quadrage-  
simo octauo. Pro tempore foeliciter eius cla-  
uum tenet & moderatur Reuerendus in Chri-  
sto pater Dominus Robertus Ostelart  
trigesimus tertius Abbas, iam inde

ab anno 1573.

HOR



**HORRENDA CIVIS DAM NE**  
 rij Iudæi punitio ac vindicta diuina, eo quod  
 Virginis sacram imaginem insolenter nimis  
 dasset hastam suam in eam quinquies vibra-  
 do, ex qua confestim effluxit  
 sanguis.

## CAP. II.

**A**Nno 1322. quidam genere Iuda-  
 baptisatus & susceptus à Comite He-  
 noniæ de fonte sacro, Gulielmus mi-  
 mine, paullo post Curia Montensis sacra-  
 effectus opera susceptoris sui Comitis (qui  
 tentem perfidiam & proditorem filiam  
 scrutari non poterat) sæpius ex officio, Ca-  
 beronam versus ibat, excurtus sibi con-  
 missa: vnde & interdum ad locum illum fa-  
 miliariter diuertebat, ibique hospitabatur.  
 rat autem ibi in ordinarij hospitij porticu-  
 figies gloriosissimæ Mariæ Virginis gestans  
 Iesum infantulum à Magis adoratum impre-  
 sa parieti argillaceo è creta rubra: que quidem  
 effigies hunc nebulonem, qui tantum nomi-  
 ne tenus erat Christianus, malè habebat.  
 vt etiam de nocte violenta odij impressio-  
 ceu somnians deliraret, cresceretque illius  
 tot in matrem Dei sanctissimam, tamquam  
 quæ ad momenta pænè singula somnum  
 ius interrumpet. Quam ob causam



igit die quodam vt non contentus iniurijs,  
contumelijs & execrationibus, quas sæpius o-  
re infecto dire euo nuerat (vt aliquid ad tan-  
te impietatis & blasphemiz cumulū adijce-  
ret) eo deuenerit amentiz, vt hastam suam in  
imaginem ueneratione dignam quinq; vi-  
braret: qua statim cruor emanauit. Non pro-  
cul autem inde faber quidam lignarius Frater  
Ioannes Maudiderius conuersus aliquid ex  
opificio sua exercens, vt strepitum ac viula-  
tum, uocesque mixtum confusas inaudijt, ce-  
ler aduolat: anima diuersaque facinoris stro-  
citate, securi petebat caput medium illius ne-  
farij, nisi à quodam monasterij conuerso, cui  
nomen Mathæus Lobbiensis, fuisset præpe-  
ditus. Archiepiscopus conuersus satis esse rein-  
toram ad Abbatem Ioannem de Montibus  
refere numero 22. quod & factum est. Abbas  
antonius, & dolens Comitem Hannoniæ, aut  
certè summum eius Praetorem, huius rei cer-  
torem facit. Qui hoc oculatorum testium  
fundamento nixus Iudæum in uincula con-  
iectum subdit quæstioni. At per gehennam  
quantum licet aciem nihil extorqueri potuit:  
Vnde & factum est, quæ nulla esset sufficiens  
fieri euidencia, vt sceleratus ille impanitus  
tum euaserit, & in præstimum statum, officina  
que restitutus. Quaduennio post Angelus ap-  
paruit cuidam scilicet ex Esthoniis progenito, mi-  
bique demoranti, Ioanni Flamingo dicto le  
D Feb. are,



Febre, qui totum septennium paralyticus  
 eto decubuerat Is in mandatis acceptis, va-  
 daum ad duellum prouocaret in vindictam  
 iniurie & contumelie illatae imagini por-  
 tissima Dei matris, Senex ad primam  
 cuadam monitionem, consilij caussa, su-  
 stori rem aperuit: qui quum videret senem  
 huc e morbi reliquijs debilem & aegre affe-  
 iubet eum aliud super hac re mandatum  
 peccare. Tertia nocte ipsamet Virgo, se  
 rat in imagine saucia, sese videndam  
 seni multo cum lumine, eique praecipit, ut  
 Abbatiam Camberonensem tendat, ubi  
 quanta contumelia affecisset dictam sa-  
 maginem Gulielmus ille Iudaeus, ex toto  
 contra infelicem dimicaturus, ut paulo  
 fecit, vnde & miraculosam ac insignem  
 storiā reportauit, habita ratione inaequa-  
 tatis virium, eorum qui decertant. Dicitur  
 locus est contiguus portae Parcensis vici  
 Montensis, sicuti etiamnum hodie videtur  
 aedicula ibi erecta in honorem beatae Virginis  
 Camberonensis. Comes, viso hoc miraculo  
 perfidum iubet ab equo trahi ad locum  
 plicij, & illic per pedes, capite deorsum re-  
 gente, suspendi, subiecto igni, & adu-  
 hinc inde molossis duobus famelicis, qui mo-  
 sero costas & latera discerperent. Talis fuit  
 perfidi Iudaei exitus, vita nequiter acta dignus  
 Ignis corpus eius, infernus vero infelicem  
 animam



animam hæreditavit. Quod superest ô lector,  
discursum hunc Tragicum gallicis versibus  
ab octo vel septem annis publicè legendum  
exhibui: Vbi obiter te rogatum volo, vt si  
quid minus de dolatum exasciatumve, aut pa-  
rum expolitum offenderis, id ætati octode-  
cim annorum, infirmæ vtique ac imbecilli,  
benignè condones. Ego sanè non ignarus,  
quàm ætas illa parum sedato siti iudicio, enixè  
operam dedi, vt versus meos amicis quibus-  
dam in re Poetica exercitatis, ac pridem rude  
donatis censendos exhiberem, nominatim  
verò Domino Ioanni à Froidmont sacræ  
Theologiæ Doctori designato, Scholarchæ  
& Canonico ad Beatæ Virginis Cameracen-  
sis, homini qua doctrina, qua pietate conspi-  
cuis: cuius certè auctoritas me perpulit, vt o-  
pusculum publicis vsibus exponerem: sic e-  
nim id vt facerem, me per complures episto-  
las, quæ adhuc apud me adseruantur,  
inuitarat, ac tantum non præ-  
cepto obstrinxerat.

D 2 MATER



**MATER AD BEATAM VIRGINEM**  
pro filiolo suo de vita periclitante recurrent,  
exauditur.

## CAPVT III.

**A**Nno 1326. Mulieri cuidam è Camberon castro, filiulus erat admodum aegre affectus, ac propè conclamatus: sed vt miser eius ad beatam Virginem è cordis medicinalio deprecabunda recurrit, promittens voto Camberonam venire, puerulus sibi redditus est, ac prorsum conualuit.

**HOMO QUIDAM EXTREME** aegrius & à medicis desertus, vbi ad B. Virginem confugit, & coram eiusdem inuigina preces ad eam fudit, plenè conualuit.

## CAPVT IIII.

**H**Oc eodem anno quidam è Helldinico Hugo Palettus in morbum incidit deo violentum, vt iudicaretur incurabilis, & à medicis desereretur. Cumque iam esset morbo proximus, ad beatam Virginem Camberonensem confugit: & ecce illico melius habere cepit. Vbi vero susceptam peregrinationem implere conaretur, precesque coram beata Vir-



apud Camberonam in Hannonia. 77

ginis imagine à Iudæo violata, funderet, plane sanitatem est consecutus, prout ipse certius affirmavit in dicto Camberonensi hospicio coram nō paucis ibidem tum præsentibus.

*Mulier quædam mire intumescens, ubi facto voto ad B. Virginem deducta est, ad suos postea redijt incolumis.*

CAPVT V.

**E**odem anno, mulier quædam è Camberona Sancti Vincentij, toto corpore sic intumuit, vt nullus ei membrorum vsus suspeteret. Deuouit se peregrinam: eo deducta est, & ex animo Deum, beatamque Virginem peccata: paulo post se sensit incolumem. & citra cuiusquam auxilium ad proprios lares redijt.

D 3 MULI-



**M**V L I E R Q V A E D A M N O L E N S  
*filie sue via illicita sanitatem procurare, ad be-*  
*atam Virginem se conuertens, perfectam*  
*sanitatem filia impe-*  
*trauit.*

## CAPVT. VI.

**M**Vlieri cuidam Tornacensi filia  
 agra, cui sic tibiæ dolebant, ut  
 sittere nequirit. Cumque sanitatem et  
 dam promitterent illicita via, puta incanta-  
 onibus, alijsque modis execrandis, negato  
 sensu, mulier totam se conuertit ad beatam  
 Virginem Camberonensem; quo facto  
 omni malo se leuaram sensit, pedesque  
 comite matre Camberonam, ad agendas  
 sericordiae matri gratias.

**M**V L I E R Q V A E D A M A M I S S O  
*serius oculi lumine, ubi vouit Camberonam*  
*venire, visum recepit.*

## CAPVT VII.

**M**Vlier è Camberona Sancti Vincentii  
 à sex hebdomadis amisso alterius  
 culi lumine vouit Camberonam venire, vi-  
 sum recepit, susceptamque peregrinationem  
 magna animi alacritate perfecit.



**M**Y LIER QV AEDAM PARALYSI  
laborans & per annum clinica, voto facto, ad B.  
virginem conuersa, subito perfecte  
sanitati est restituta.

CAPVT VIII.

**P**eruigilio Sanctorum omnium mulier I.  
prensis, cum longa & tædiosa paralyssi  
colluctata, continenterque per anni spatium  
clinica, feruentissimas ad Dei matrem preces  
profudit, vouens, si sanitatem reciperet, se-  
missuram ceream, qui magnitudine suæ sta-  
tura responderet. Sine mora sensit mali le-  
uationem, surrexit, & mensæ sub vesperum  
accubuit, inde totam noctem, diemque sequen-  
tem dormiuit, sicque penitus sanata, sanctissi-  
mæ Virgini ceream imaginem ducentarum  
quadraginta duarum librarum obtulit.

**P**VERVLVS AB AQVIS SVFFO-  
catus vitæ restituitur, vbi mater eum B. virgi-  
ni commendauit, & puerum cere-  
am promisit.

CAP. IX.

**I**nfaas mulieris cuiusdam Fullonensis in  
aquis præaltæ fossæ submersus, ibi tam-  
diu fuit, dum suffocatus, supernataret.  
Quem mater, mox vt beatæ Virgini com-  
menda-

D 4

menda-



mendavit, promittens puerum cereum, *hinc*  
 reuixit, publiceque beate Virgini, *m*  
 ximio fauore sibi exhibito, *uen*  
 Camberonam venit. *Ca*  
*sta*  
*sup*  
*est,*

*CVIUSDAM MULIERIS INFIR-*  
*mus grauitate calculo laborans, confestim*  
*morbo mirabiliter liberatur, ubi mater*  
*lium B. Virginis deuotum*  
*peregrinum.*

## CAPVT X.

**C**viusdam mulieris ex Thori curia  
 tam grauitate calculo angebatur, *ma*  
 nocteque à clamoribus non quiescere, *Ca*  
 vt mater eum vouit peregrinum, *dit*  
 los eiecit, qui ad conspectum sacre *D*  
 allari sunt: matre interim mirum in *ma*  
 de filio sano & incolumi, gaudente, *Ca*  
*dit*

*PVELLA MORBO INCOGNITO*  
*afflicta, simul atque ex voto prostrata est, ubi*  
*imagine B. Mariæ, ab infirmitate*  
*mirè euasit libera.*

## CAP. XI.

**Q**VAEDAM iuencula Fullonensis  
 morbum & languorem quasi *be*  
*pe*



apud Camberonam in Hannonia. §i

Inciderat, non satis neque medicis, neque feminis notum: mox ut prostrata est, prout uoverat, coram beatæ Virginis imagine, quæ Camberonæ in veneratione est, lapillum instar pumicis eiecit: qui altari beatæ Virginis superpositus, & in rei memoriam ibi relictus est, puellula facta incolumi.

*INFANS EX ANIMIS IN LYCEM  
editus, vita donatur, ubi eam mater B. Mariæ  
deuouit.*

CAPVT XII.

**M**ulier quædam ex Hamêda infantem mortuum protulit, quem simulatque mater, & fœminæ, qui aderant, beatæ Mariæ Camberonensi deuouerunt, statim uita ei redita est, actæque gratiæ beatæ Virgini.

*DVO INFANTVLI SINE VITA  
in mundum producti, uita beneficio donantur  
ad inuocationem B. Mariæ.*

CAPVT XIII.

**M**ulier ex Bâdoria duos infantes mortuos eiecerat, qui ad inuocationem beatæ Virginis Camberonensis vitam acceperunt, & baptizati sunt. Vnde, & ipsa in tantis  
D 5 bene-



beneficij agnitionem obtulit duos infantes  
cercos.

**P**VER GRAVITER VNIUS OCT  
morbo laborans, ab eodem miraculose sanatus  
tim atque eundem B. virginis parentis  
deuouerunt peregrinum.

## CAPVT XIV.

**F**lius satellitis Meliniensis in ralem  
gustiam incidit, ut per vnus me  
tium oculum aperire non potuerit, & qu  
men quotidie purus sanguis manabat.  
parentes ad extremum maſſi, cum nihil  
fidij apud homines reperirent, ad be  
Virginem Camberonensem confuger  
puerum vouentes peregrinum; & dicto  
reiecto oculi impedimento sanus euasit.

**P**VERVVS MORTVVS IN  
cemeditus, fusis pijs ad B. virginem p  
bus, vita restitutus & bap  
satur.

## CAPVT XV.

**V**XOR Ioannis Huuer ex Camb  
Sancti Vincentij, cum accesserit  
Retrix, antequam ea veniret cano



infantulum mortuum: accurrerunt vicinae mulieres, & ex toto cordis affectu beatae Virginis humiliter supplicauerunt, ut huic infantulo mortuo vitam impetrare dignaretur: vix finitae fuerunt preces, quum vitam recepit, & salutari baptismo expiatus est. Ut autem venit obstetrix, eadem mulier alterum infantem edidit viuum; qui & ipse solemniter, actis gratis, baptizatus est.

**PATER ET FILIUS STUPENDO**  
*miraculo ab imminente mortis periculo redimuntur, pie invocato pijsimae virginis auxilio.*

CAPVT XVI.

Seruus quidam agens Bauffiae quodam suo comitatus amico, cum rediret a solemnitate quadam, pontique Bossutio appropinquaret, cum praefatus serui amicus & familiaris validiorem fortassis equum admisisset socij sui, puerum acceptum equo imposuit, qui furibundè deuolutus est, ut nullo modo aquarum violentiam euadere potuerit, ibique fuerit submersus. Pater videns filium in tanto vitae discrimine, in aquas se iniecit, & ex omni cordis affectu gloriosissimae Virginis Camberonensis opem inuo-

D 6



inuocans, cuius auxilio à simili olim periculo  
 praeseruatus fuerat. Vix interiectum fuit mo-  
 ra tantillum, ô res stupenda nimis, ecce puer  
 aquis supernatat, nulloque affectus incom-  
 modo venit ad ripam. Coeterum pater aqua-  
 rum impetu penè expugnatus, illic hauriens  
 mortem expectans, quam vadique omnia  
 tibi certo intentabant: cumque in eo quasi  
 tremo vitae discrimine ad beatam Virginem  
 Camberonensem clamasset, ecce tibi homo  
 quidam eques pertransit aquas vorticolas  
 precipites, eumque sanum educit, & ab omni  
 discrimine vindicat.

*PVER SVBIT ANEA MORTE LA-  
 pius reuocatur ad vitam, inuocata Dei  
 genetricis ope.*

CAPVT XVII.

**A**Nnum supra millesimum quadringentesimo septimo filius Dynastæ à Be-  
 torepentina morte interiit. At mater & ma-  
 trix magno mœrore & angustia afflictæ  
 inopinatam carioris sui thesauri iacturam  
 fundunt sese in preces ad Beatam Virginem  
 Camberonensem pro recuperanda nefaria  
 vita, vouentque se Camberonam nudis pedibus  
 venturas. Ecce infans reuiuiscit: mater  
 matris eo modo quo prius votum implent.



apud Camberonam in Hamonia.

85

**MULIER GRANDE EVADIT**  
*vite periculum ad invocationem*  
*B. Virginis.*

CAPVT XVIII.

**A**Nno supra millesimum quadringentesi-  
mo decimo, mulier quædam sub asseres  
molendini, ad Abbatiam spectantis, lapsa, to-  
ta fuit aquis cooperta. In hoc periculo non  
segniter beatam Virginem deprecans ad ri-  
pam appulit sana, omnisque doloris experts.

**PVER QUIDAM GRAVISSIME CAL-**  
*culo laborans, ab eodem liberatur, pij patris*  
*pijsima precatone ad virgi-*  
*nem facta.*

CAPVT XIX.

**E**Odem anno quo supra Rogerij cuiusdã  
filius ita calculo laborabat, vt nec vri-  
nam facere, nec somnum capere, nec vsquam  
subsistere posset præ doloris vehementia. Pa-  
ter filio compatiens nunc huc, nunc illuc e-  
um peregrinationis ergo deferebat. Tandem  
venit Camberonam, vbi misericordem æ-  
grotorum patronam inuocauit, promissa quot-  
annis peregrinatione. Finita precatone, se-  
quenti die pater filium bene valentem Cam-  
bero-

D 7

bero-



beronam reportat, eumque gloriosa Virgine  
non sine lacrymis offert, & dedicat,

**P**UER DE VIT A SVMMO PERICLITANS, propter transmissum ad guttur  
lapillum persicum, ab eodem periculo liber factus,  
eum parentes B. virginis deuouerunt peregrinum,  
& cum eo Camberonam perreuerunt.

CAPVT XX.

**A**NNO supra millesimum quadringentesimo  
duodecimo filius Ioannis Fenai Camberonæ  
Sancti Vincentij agens, lapillum persicum ad guttur  
vsque transmiserat: quem per quinque horarum  
spatium, nec extrahere nec violento spiritu  
reijcere posset, nihil magis imminerebat  
quam præsens mortis periculum, vt scilicet  
suffocaretur. Parentes illius deuouerunt  
Virgini Matri peregrinum, eoque Camberonam  
venerunt: sed venerationis & iurisdictionis  
Abbatie artigenis, puer & lapillum suapte  
sponte reiecit, & ad plenum conualuit.

**H**OMO TIBIIS LABORANS PER  
15. annos, à suo cruciatu liberatus est,  
pia ad B. Virginem susceptione  
oratione.



CAPVT XXI.

**A**Nno supra millesimum quadringentesimo decimo tertio Matthæus maioris portæ Abbatiæ ianitor, ad eò laborabat è tibijs iam per annos quindecim; vt viginti quatuor fistulas aspectu horribiles nutriet, multis in medicos sumtibus factis, idque frustra. Vespere quodam contigit vt recrudesceret tibijs dolore somnum capere non posset, surrexit, & in genua procumbens medullitus se beatæ Virgini Camberonensi commendauit, petens opem ab ea. Vixdum preces lacrymis comitatas finierat, quum sese sanum & incolumen sensit.

*QVIDAM PVER GRAVI LINGUÆ incommodo correptus, plenè sanatur factæ eius nomine ad B virginem Camberonensem peregrinatione.*

CAPVT XXII.

**E**Odem anno filius Petri Dorielli agens Lensij tam tumida & inflata erat lingua, vt nihil ne saliuam quidem suam, deglutire posset: sicque elanguit à die Iouis ad vespeream dominici diei, quo Pater à peregrinatione Camberonensi redijt, & tum temporis filius  
locu.



locutus est, bibit & manducauit, in integram  
sanitati restitutus.

**Q**UÆDAM MULIER VARIIS TI  
moribus agitata, pristinae sanitati restituatur,  
promissa & suscepta ad beatam vir-  
ginem peregrinatione.

## CAPVT XXIII.

**S**Ubidem tempus Catharina Tanza Ha-  
schinij degens quinquies tumorem pec-  
culosum passa, deuouit se peregrinam ad bea-  
tæ Virginis ædiculam, hac conditione, ut do-  
ploide ferrea (vt ex antiquo registro pate-  
duta, procederet ab eo loco vbi crux erecta  
est, ante altiorem Abbatia portam, vsque ad  
B. Virginis sacellum, & coram beatae vir-  
ginis imagine cubitis & genibus innixa pro-  
cumberet. Quod cum illa faceret, sanitatis be-  
neficium est consecuta.

**P**ER E PUTEO 'MORTVVS EX-  
tractus, vitæ restituitur, vbi ad beatam  
virginem est delatus.

## CAP. XXIV.

**A**Nno supra millesimum quadringes-  
tesimo decimo quarto Ioânis Berchtholdi  
lius capite prono in puteum lapsus est, vnde  
pau-



apud Camberonam in Harmonia. 89

paulò post mortuus extractus, simul ac delatus est ad gloriosæ Virginis Camberonensis ædiculam, emissò peregrini voto, alacriter reliquit, & quàm optimè sanus.

INFANS PER INVOCATIONEM

B. virginis vitam & baptismum recepit,  
qui prius in matris utero fuerat mortuus.

CAP. XXV.

Eodem anno mulier quædam Thoricuriz degens longiori tempore parturiens laboravit, in tantum ut infans in utero matris moreretur: vnde vi extractus est non solum vita carens ad horas duas, sed etiam membris contritus ac laceratus. Quæ aderam fæminæ præ compassione ad beatam Virginem Camberonensem ex toto corde recurrerunt, moxque infans & vitam & baptismum recepit.

PVELLA AQUIS SVBMERSA RE,  
nixit, matre ad Beatam virginem confugiente, & eam eidem toto vitæ suæ tempore peregrinam devouente.

CAPVT XXVI.

AN.



**A**Nno supra millesimum quadringentesimo decimo quinto filia Soherij Cambriciensis annos nata duos aut circiter Harborei agens, in fossam plenam aquis incidit, & submersa est. Mater mortuam extraxit, & beatam Virginem Camberonensem conuocauit, ac filiulam tota vita peregrinam decessit ad solemnem processionis diem; statim pericula reuixit & bene habuit.

*VER INGENTI TUMORE GR. natus, mox sanatur, vt deuotus est B. virginis in peregrinum.*

## CAPVT XXVII.

**E**odem anno filius Magistri Ioannis Meisonij Leuensis, quem agebat duobus annis ingens tumor, mox vt deuotus est beatæ Virgini in peregrinum sub hac conditione vt pater aut mater aliufcū ipsorum nominis quispiam per anni circulum processionalis locum circumiret, temporis momento sanatus est.



apud Camberonam in Hamonia.

91

**DOMINA QUAE AD AM TUMORE**  
laborans, sana & incolumis euasit, ubi  
B. virginem inuocauit.

**CAPVT XXVIII.**

**E**odem anno Heroina Chicurani ex timore laborans penè ad mortem, & à medicis deserta, simul atque beatam Virginem Camberonensem inuocauit, sana & incolumis facta, omni cum humilitate prostrata, coram veneranda Virginis imagine læta gratias egit.

**CAPTIVVS QUIDAM ADMIRABILIS**  
miraculo libertate donatus pie inuocata Dei genitricis Maria.

**CAPVT XXIX.**

**A**nno supra millesimum quadringentesimo decimo octauo Petrus Acrimontius mercator Normanus Brugis rediens ad propria cum alijs mercatoribus amicis suis, interceptus à latronibus, captiuus abductus est cū socijs, direpta omni ipsorum pecunia, & abactis equis per Anglos hostes, à quibus in vincula cōiecti sunt, crudeliter loris deuincti per plures dies & noctes. Inter hos captiuos vnus erat



erat qui assidue gloriosam Virginem Camberonensem in auxilium inuocabat: ex qua quasi Petrus iam nominatus vbinamque imago illa, cuius ipse toties meminerat, respondit illam esse in Hannonia tali loco. Tum Petrus magni animi seruitutinis intimis precordijs afflictorum patronam inuocans, vult, si vinculis liber abiret, se ad patriam Virginis Mariæ imaginem visendum profecturum. Eius preces tam felicem curam sortitæ sunt, vt compedes sponte soluerentur & antepedes eius prolaberentur, aperto præsentia & aspectu custodum carcere, & in medios hostes sanus & incolumis egressus absque vilo impedimento, ne quidem inuoluntarius qui pro Ciuitatis portis excubabat, liber dedit se in viam; neque conueniens, ubi tanta, totque miracula beata Virgo patrate succuerat. Ibi quam maximas potuit gratias agere beatæ Virgini remque totam loci Mysteriis enarrauit. Hic autem Petrus circa beatæ Virginis Assumptionem captus, Camberonam venit ad decimum Septembris insequentis.



**MULIER QUAE ACICVLAM DE-**  
glutuerat, mirabiliter mortis periculum s-  
nadit, inuocata B. virgine.

CAPVT XXX.

**E**odem anno peruigilio S. Andreae con-  
iux Aegidij Carlerij lignorum Abbatis  
lectoris casu deglutiuit aciculam, qua per to-  
tam noctem inhæsit eius gutturi citra ullam  
eius extrahendæ spem: vnde dolorem acutis-  
simum, non sine euidente mortis periculo,  
patiebatur. Feruidas preces ad sanctissimam  
Virginem effudit; sequenti luce, peregrinati-  
one inchoata ex ore sponte decidit acicula,  
nullo relicto doloris aculeo, mulier incolu-  
mis, rem multis præsentibus enarrauit.

**MULLA QUAE DAM NOBILIS**

sauitatem plenè recuperat, simul atque mater  
eius quendam pedisse quam mittit  
Camberonam peregrina-  
tionis ergo.

CAPVT XXXI.

**E**odem anno filia Heroidis Kieuranij per  
quindecim dies continuos alui laborans  
profluuio, ad lethales singultus deuenerat:  
Quod cum viderent qui præsentibus aderant,  
suadebant matri vt e cubiculo discederet, ma-  
ximè



ximè cum fletibus & angustijs ( quæ cor  
sui medullas maximè pungebant ) protog  
ze non posset vitam filia iam cum matre  
colluctantis, ac tantum non coporis hosp  
aium deserentis, ut pro qualitate meritorum  
reciperet, aut gloriam aut poenam. Piane  
ter his intellectis se subducit, omnique  
fectu cum lacrymis ( deficiente naturali  
medio ad beatissimam Virginem Camber  
nensem conuertit animum, destinans illi  
è suis pedisequis unam, quæ post morula  
reuocata, filiam sanam inuenit: quod illi  
non minorem ingenerauit lætitiã, quam  
antea propriæ filia infortunium eidem  
generauerat mæstitiam. Et ne quam ingrati  
tudinis notam incurreret, ad beatissimam  
Virginem, à qua tantam consolationem ac  
ceperat, omni cum animi submissione gratia  
actura, venit Camberonam.

**NOMO TOTO CORPORE ATTRI**  
*tu, postea surgit ill. esus, quia beatam*  
*virginem pie inuoca*  
*uerat.*

## CAPVT XXXII.

**A**Nno supra millesimum quadringentis  
simo vicesimo octauo Ioannes Louvian  
dum Camberonense templum scandola  
regu



regalis operit, ruit alto à culmine, non immemortamen beatissimæ Virginis quam invocavit. E casu illo præcipiti, ira stupidus & attritus toto corpore fuit, vt per horæ spatium & vltra ceu exanimis appareret. Paulò autem pòst surrexit illæsus & totus alacritate plenus, beatæque Virgini gratias egit in ædicula illa sacra.

**CAPTIVI, INVOCATÆ AFFLICTORUM**  
*ad vocatæ & patrona, redimuntur à vexatione molesta.*

**CAPVT XXXIII.**

**A**Nno millesimo quadringentesimo vicefimo nono, Iacobus à Foro novæ Villæ, & Ioannes Lanus à Latronibus abducti sunt in obscurissima sylvarum Montensium loca, vbi & vinceti loris aliquantisper constiterunt: sed vt ex animo mæstorum patronam invocarunt custodes eorum arctiore somno correpti sunt, se ipsi soluerunt, & inde ad Dominam misericordiæ salvi & incolumes venerunt, vt illi gratias agerent,



**CAECVS, IMPLORATA VIRGINI**  
*ope, lumen recipit: & puer Herniosus à morbo liberatur, vbi eum pater B. virginie deuouit.*

## CAPVT XXXIV.

**A** No 1437. Iacobus Pascardus ager Tornaci ex morbo factus est cecus iamque transierat bimestre. Cumq; die quadam ei pararetur cibus, ingreditur cubiculum suum, ibique instinctu diuino permotus prociabit in genua, beatæ Virginie ex præcordijs supplicat visum sibi restitui: qui confectum, vltimo recepto, domesticis suis gaudij materiam ministravit. Memorato Iacobo filius eius Herniosus, dumque mittit qui accersat Chirurgum incidendi causa, filium pater deuouet beatissimæ Virginie peregrinum: Chirurgus autem adueniente, idem puer sanus repperus est.

**MVLIER AD VITAE EXTREMAM**  
*vi orbi perducta, in integrum restituitur ad B. virginem deuotè conuersa.*

## CAPVT XXXV.

**A** No 1438. vxor Aegidij Moreau ceteris sive coctoris Montibus grauitè laborans pene in mortis discrimen adducta erat. Quædam



dam eius famulus Lensi habitans eam inuisit,  
& ut beatæ Virgini Camberonensi preces of-  
fert, monuit: quod ilicò præstitit. Cumque a-  
liquot ante horis animi deliquium passa esset,  
simulque loquelam amisisset; tandem plenè  
sanitati restituta, unà cum marito beatæ vir-  
gini gratias actura venit.

**CONIVGES DESPERATAE SANI-**  
*tatis sanitatem consequuntur, ubi, voto fa-*  
*cto, ad virginem recurrerunt.*

CAPVT XXXVI.

**E**odem anno mense Augusto Nicasius  
Hauchinius eiusque coniux Manuij san-  
cti Petri habitantes, in morbum adeò vehe-  
mentem inciderunt, ut nil nisi mors protinus  
secutura videretur. Indeque factum est ut extre-  
ma vntione munirentur, lustralesque cerei  
quater in ipsorum manibus ponerentur. Ea  
tibi res mira. Ut se ad beatæ Virgini Cambe-  
ronensis ædiculam peregrinos deuouerunt  
quotannis ad vitam, in ipso temporis momē-  
to sanitate recuperata, lineis induti, ac nudis  
pedibus subucula ferrea carni hærente (ut Re-  
gestum habet) ad beatæ virginis pro tam  
miraculosa recepta sanitate gratias  
acturi venerunt.

E

M V



**M**V L I E R H Y D R O P I C A , V O T O  
ad B. virginem recurrens, conualefcit : fed votum  
postea negligens in eundem morbum recidit:  
votum verò reiterans & implens, de-  
nuò sibi integrè restituitur.

## CAPVT XXXVII.

**E**odem anno coniux supràtoris Gerardi  
di Montis iam à sesquianno hydroptica  
& mirè tumescens, inuocata B. Virginis opem  
promissaque Camberonam peregrinationem  
conualuit. At promissi immemor & erga Vir-  
ginem ingrata in hydropem recidit. Quæ  
mulierem perpulit vt culpam suam agnosce-  
ret: denuò autem vouit se carnem vnquam  
ducaturam quoad vsque gloriosam Domini  
pio seruitio Camberonæ decorasset: prout  
ipsa promissum opere præstitit trigesimo die  
Iunij, multis viæ comitibus.

**P**VERVLVS AD TRES DIES IN  
mundum sine vita natus, vitæ beneficio  
donatur, pijs puerperæ precibus ad  
B. virginem factis.

## CAPVT XXXVIII.

**A**NNO 1439. Petri Leonis vxor Maria  
ij Sancti Petri degens fœcum edidit  
mortuum: qui ad triduum conseruatus  
est, quod mater eum sepeliri non permitte-  
ret non minus constanter quàm deuotè cõ-  
fusa



confusa meritis gloriosæ ac misericordissimæ Virginis, quam identidem ex intimo mentis affectu inuocare consueuerat, ilicò reuixit infans, & salutari lauacro potitus est. Contigit hoc vicesimo septimo Aprilis eiusdem anni in octaua processionis Camberonæ.

**INFANTVLVS AD TRES HORAS**

*exanimis mundo editus, anima & baptismo donatus est, vbi, voto facto, B. virginis fuit commendatus.*

**CAPVT XXXIX.**

**E**odem anno 15. Maij, Stephanus Scarfesius è Camberona castro, è coniuge prolem sustulit mortuam, vt per tres horas apparuit adiurantium mulierum relato ac testimonio: quæ cum infantem beatæ Virginis deuouisset, & lucis vsuram & baptisimi beneficium percepit, illatus in beatæ Virginis ædiculam supra eius altare, vbi & fleuit clamans.

**PVER MIRABILE VITAE PERICULUM** euadit per preces matris ad B. virginem factas.

**CAPVT XL.**

**E**odem anno filius Nicolai Gautæi Athensis sexennis dum vnâ cum socijs suis in platea collusitat, ecce currus herbis tinctorijs (vulgus gallicum VVeydas vocat) confertus, per medium puerulum transijt. Quem mater



in tanto periculo videns, cōtinuò beatæ Vir-  
gini deuouet, fuis pro pueri salute precib  
& quidem minimè in vanum: nam factum  
quod mirum est) & illæsus citra laborem  
surrexit. Vndè pater illum paulo post con-  
insidentem ad beatæ Virginis ædiculam  
gratiarum actionem deduxit.

*MVLIER AD EXTREMAM VITAM  
per ducta sanatur, inuocata Dei Matre.*

## CAPVT XLII.

**A**Nno 1440. Mulier quædam è Bruges  
ra, valido morbo correpta fuit, ac  
tam sacram vnctionem percepit: sed cōfessio  
atque auxilium beatæ Virginis Camberon-  
sis implorauit, sanam omnimodè sese depo-  
hendit ab omni morbo liberata,

*VIR EXTREMIS AGENS, P. 13  
sine sanitati restituitur, missa oblatione  
ad B. virginem.*

## CAPVT XLIII.

**A**Nno 1446. Gulielmus Mazerellus  
Bruxellensis in extremo quasi ad mor-  
tæ constitutus, mox vt oblationem misit ad  
B. Virginem Camberonensem, vix dum egre-  
so Bruxella nuntio, se sanitatem recuperasse  
gauisus est.



**PVERI CRVS CONFRACTVM** MIE  
biliter sanatur ad inuocationem Be-  
te Marie.

CAPVT XLIII

**A**Nno 1452. proximo die Martis à Na-  
tali Dominico coniux Ioannis Gof-  
fardi a Miuregneseo, dum infantem suum in  
humeros sublatum gestat, cadentem sensit,  
vnde illi crus alterum confractum. Mater be-  
atae Virginis opem flagitat, crusculum cir-  
cumligat, Virgini vouet obsequium: triduo  
post conualefcit puerulus. Parentes verò vnà  
cum puero, & pluribus alijs ad beatæ Virgi-  
nis ædiculam, gratias acturi venerunt.

**PVERVLVS AQVIS SVFFOCA-**  
tus ad vitam reuocatur, simul ac mater eius  
eum B. virgini Camberonensi deuouit.

CAPVT XLIV.

**A**Nno 1458. Ioannis Bourlardi Mon-  
tinenfis filiulus scsqüennis in fontē  
incidit, quem mater sollicitè hinc inde requi-  
rens, submersum & mortuum inuenit. Illa ex  
intimo cordis affectu beatæ Virginis Cambe-  
ronensi filiolum deuouet, nulla mora interice-  
pto, reuiuiscit, & proximè sequenti die, matre  
duce & comite, Camberonam venit beatæ  
Virginis matri acturus tanto pro munere gra-



tes: vbi omnes eundem & colludentem & in  
tetro corpore respirantem perceperunt.

**PVERVLVS MORTVVS ANTONI**  
*quam natus reuiuiscit Camberonam depone-  
tus; & super altare depositum.*

## CAPVT XLV.

**S**Vb idem tempus vxor Nicolai Tam-  
nij è Camberona Sancti Vincentij ge-  
nas proles enixa est. Prior baptismum ac-  
cepit, posterior, quod nullum vitæ in eo appa-  
reret indicium, minimè, Parentes anxij & de-  
præmodum mæsti, eum beatæ Virginis Cam-  
beronensi deuouerunt, quem obsecra-  
tibus & alijs comitata, ad beatæ Virginis  
culam allatum, super altare deposuit: vbi post  
sesquihoram, & vitam & baptismum  
præsentibus consecutus est.

**ALIVS PVERVLVS MORTVVS AN**  
*tequam natus vita donatur, implorata  
virginis ope.*

## CAPVT XLVI.

**A**Nno millesimo quingentesimo  
Antonij Somnæi mortuum infans  
protulit, sed vt puerpera beatæ Virginis  
xilium implorauit, infans vitam & bap-  
tismum accepit.



**ALIVS PVERVLVS SVBMERSVS**  
memoranda miraculo vita donatur, ubi pa-  
rentes eum B. virgini ad vitam deno-  
uerunt peregrinum.

**CAPVT XLVII.**

**A**Nno millesimo quingentesimo tertio  
die Iunij decimo quinto festo solemn-  
Corporis Christi, filius Gulielmi à Pratis, fila  
contorquentis ex Mieuregnio, in fossam a-  
quis plenam delapsus, submersus est, indeque  
post duas aut circiter horas, mortuus extra-  
ctus. Quod parentes cum dolenter ferrent, &  
cordis intimo affectu, de paræ Virginis auxi-  
lium inuocantes puerum ad vitam deuoc-  
tunt peregrinum: statim reuiuiscit puer. In cuius  
rei gratiam memoria solemnibus & præ  
processio à Conuentu instituta est. Memorā-  
tus Gulielmus agens Lessinæ, venit inde ad  
beatæ Virginis ædiculam anno 1559. ad sexti-  
decimum Aprilis ipso processionis die, vt fi-  
dem beatæ Virginis datam pro more suo libe-  
raret, sed cum affecto esset corpusculo proces-  
sioni interesse non potuit, & cum morbus  
recrederet, quinto die proximè  
sequentis Augusti, mor-  
tem oppetit.



**PVERVLVS ALIVS MORTVVS** *sequam nasceretur, vitam accepit Camberonam delatus & super altare depositus.*

## CAPVT XLVIII.

**A** Nno 1514. mensis Iunij die penultimo qui beatis Apostolis Petro & Paulo cer est, vxor Nicolai Mauldei Gagis habuit duos enixa est infantes, viuum vnum, alterum emortuum: qua de causa parentes cum quibusdam vicinis, ad misericordiae matrem fugerunt, & mortuum ad Camberonensem aediculam delatum, altari superposuerunt, post duas horas euidentibus vitae indicijs surrexit. Qui aderant magno perfusi gaudio ad Camberonense castrum deferunt, vbi aqua & Spiritu sancto renatus est. Inde ad sanctissimam Virginem, vitae fontem gratias acturi, procedunt: vbi pulchrum hoc & illustre miraculum publicè protestati sunt. Tandem cum procederent, vt eum matri Gagis redderent puellus beatam animulam Deo in vita reddidit.



**HOMO QUIDAM MIRABILITER** vitæ periculum euadit, inuocata  
B. virginis ope.

**CAPVT XLIX.**

**A**Nno 1519. Petrus Scoquartius Pistoris  
Camberonensis famulus, dum è Cam-  
berona castro reuertitur, quum per molendi-  
ni cataractas iter faceret, magno impetu in  
præcipientes aquas corruit, & per inferiores me-  
atus in præ altum gurgitem deuolutus inela-  
mata beatæ Virginis ope, mortis periculum  
euasit, seseque in gratiarum actionem glorio-  
sæ virginis tota vita peregrinum deuouit.

**PVELLA VENEFCIIS INFESTA**  
ab iisdem stupendo miraculo liberatur, vbi  
eam parentes B. virginis commen-  
darunt.

**CAPVT I.**

**A**Nno millesimo quingentesimo vice-  
simo iuuenula quædam annorum  
quatuordecim ex vrbe Artho dum pedibuste-  
rit inuolutos quosdam capillos huius iacen-  
tes, veneficij vim sensit. Parentes ignari vnde  
hoc filia accidisset, ad supremam cælestem  
que Medicinam refugerunt, reueruntque pe-  
nultimo die Aprilis (qui proximus processio-  
nem sequebatur) supplicatum beatissimæ Va-  
ginæ in sua ædicula Câberonensi pro illius sa-



lute. Inde reuersi deprehendunt puellā ex ore  
 eiecisse tres aut quatuor (vt fert regestum) ho-  
 cellos criniū, qui amoris nodis (sic vulgo dicitur  
 cūtur) obstricti erant: tandem ad numerū  
 euomuit. Dumq; postremum emittit, brachio-  
 rum & tibiarum vsu destituitur, atque ab  
 omnium membrorum. Indè factum est vti  
 rentes Camberonam rursus veniret magis  
 pietate & seruore Virginis misericordiam  
 plorantes: nec vanæ fuerunt preces. Nam pu-  
 ella membrorum vsum recuperauit, ab omni  
 veneficio libera: quæ & ipsa summa cum ali-  
 eritate ad beatæ Virginis ædiculam profecta  
 gratias egit, seque ob sanitatē quotannis pe-  
 regrinam deuouit. Quod autē eiecerat, cum  
 venerabili Virginis imagine suspendit: vbi  
 iamnum hodie conspicitur.

*HOMO QUIDAM EVADIT MALI-  
 tum vitæ periculum ad inuocationem  
 B. virginis.*

## CAPVT LI.

**A**NNO millesimo quingentesimo vicesimo  
 primo Dionysius Colardus in-  
 cola Bauffiæ, pastorem suum comitabatur  
 septem vel octo socijs ad aliquot laterū m-  
 lia curru imponenda pro reparatione ad-  
 sacra. Hic in profundam eamq; arenosam so-  
 ueam ruens, subitò se oppressum & cooper-  
 tum plurima terra, quam vix cepissent vige-



ti currus, inuenit. In eo discrimine, B. Virginis memorem inuocat, vt & Pastor, & qui eum sequuti erant fecere, iam enim pro mortuo illum habebant. Sumptis tamen ligonibus terram effodere coeperunt, vt inde corpus extraherent: sed hominem sanum & incolumem gloriosae Virginis meritis deprehenderunt: qui mox ad B. Virginis aedem se contulit; ibique in agnitionem accepti beneficii sacrum fieri curauit.

**PVERVLVS MORTVVS ANTE-**  
*quam natus, vita & baptismo donatur,*  
*implorata Genitricis ope.*

CAPVT LII.

**A**Nno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, decimo quinto Maij, vxor Nicolai Villici Huttenensis prope Binchium, infantem edidit mortuum, qui à die Sabathi vsque ad vesperam diei Lunae insequentis asseruatus est: tum mater, & quae illi aderant mulieres ad extremum desolatae, ex intimis praecordijs Dei matris opem inuocant, & continuo infans, & vita & baptismo donatus est.

**HOMO QV IDAM A MIRABILI**  
*casu mirabiliter praeseruat per inuoc-*  
*ationem B. virginis.*



## CAPVT LIII.

**E**odem anno mense Augusto Martinus  
 Gilbaudus ab agris domum rediens  
 reusque suis operarijs escam, hausit aquam  
 puteo sexaginta pedes profundo: aut fune  
 pto, capite prono in puteum incidit, subito  
 inuocat beatam Virginem. Camberonenis  
 qui mox capite sursum erecto, redijt, sus-  
 stetit longo temporis spatio, donec rursum  
 agris rediret, vt occasionem seiscitare uideret  
 longæ moræ, quæ alta voce illum appella-  
 cum omnia domus ostia paterent, vt apper-  
 pinquauit puteo, respondit se iubi esse. Quæ  
 iutum fuisse à muliere quadã candidis uel  
 bus induta, ita vt nihil mali pateteter: mox  
 xor scalã demisit in puteũ, per quã pfectum  
 ascendit. Vnde postea quo. añis ad diem pmo-  
 sionis venit, ac inter Monachos secularium  
 indutus, pedibus nudis vsq; ad annum 1524  
 quo anno circa Pascha obiit, annos habuit  
 floginta octo.

*QUIDAM A GRAVI FFLE  
 resanatur, piè inuocata virginis ope.*

## CAP. LIV.

**E**odem tempore quidam è sodalibus be-  
 tæ Mariæ Camberonenis, post ritus &  
 a- ercaciones cū socio, tãto iræ in petu glaci  
 illi adegit in ventrem, vt intestina in stercore  
 20



maioris crassa diffuere, Iesus concepto voto obsequium exhibendi gloriose Virgini in eius ædícula, die proximè sequenti cõualuit.

**CAPTIVVS QUIDAM LIBER** **E-**  
*uadit non sine grandi miraculo, fufis ad B.*  
*virginem pijs precibus.*

CAP. LV.

**A**Nno 1578. quidam è sodalibus ex Estin- nis à Gallis, tunc hostibus interceptus, ferreisque compedibus vinctus, solo beatæ Virginis auxilio, ad quam preces fudit, saluus euasit: & in beneficij tam ingentis agnitione, ad ædículam deiparæ sacram, catenam ferratis seris munitam attulit.

**MONASTERIVM CAMBERO-**  
*nense contra impios hostium conatus & insultus mirabiliter præseruatur interuentu B. virginis.*

CAPVT LVI.

**A**Nno 1581. vicesimonono die Martij, qui vltimus erat Paschæ festus, sub octauâ matutinam decem aut duodecim milites venientes Bruxella & Niniue, tum perduellibus & rebellibus Catholicæ maiestati, Camberonam appulerunt tanquam a nici ex præsidio Alostano, petentes aliquid refrigerij cum intentione occupandi portam, & hac occasio-

E 7 ne



ne introducendi reliquum multitudinis lae-  
 tis in dictis locis monasterio vicinis ad  
 quingentos aut sexcentos homines, tum eques-  
 tum pedites. Cæterum beata virgo mater, qui  
 suos in periculis non deserit, suggestit quor-  
 or militibus, quibus commissa erat monas-  
 terij custodia: posse aliquid fraudis subesse in  
 his amicis personatis, adeo ut postquam inter-  
 rogati sunt, satis liquido cõstiterit eos hostes  
 esse: qui propterea abire iussi sunt. Videntes ve-  
 tem illi se detectos, & sua spe frustratos, cõ-  
 serunt locum multitudini: quæ mox apparuit  
 & planitiem impleuit, diuisa in plures turmas  
 ut vndique magnis assultibus monasterium pe-  
 terent. Nonnulli altiore portam adibant,  
 admouentes stramen & ignem comburentem  
 causa: alij declinarunt ad inferiorem portam,  
 alij ad motis scalis muros conscenderunt &  
 intra septa per hortos & stagnorum aggetes  
 progressi sunt: alij conati sunt terrere & do-  
 mare inhabitantes, perstreperente furiosa ma-  
 chinarum grandine, idque per trium horum  
 spatiū. Interim non plures quatuordecim aut  
 quindecim tam milites quam rustici monas-  
 terium tuebantur. Reuerendus Abbas &  
 Monachi supra ædis sacræ fornicem se re-  
 perant ex intimo affectu Dei, Virginisque  
 matris auxilium postulantes; maxime cum  
 via humana videretur periculum vitari non  
 posse, nec eorum qui tuebantur numerum



exiguum sustinere posse impetum tot militū  
bellicosorum. At tandem sese subducere com-  
puli sunt cum ignominia & pudore, & ali-  
quanta suorum iactura, deserentes altiorē  
portam semi-ustulatam, repetitis celeriter mu-  
ris, quos temere conscenderant. Postea quidā  
belli dux ex ea multitudine Regiæ maiestati  
reconciliatus declaravit sese, cum esset super-  
muros, ut suis comilitonibus animum ad-  
deret, vidisse magnum alborum Monacho-  
rum numerum in equis per hortos discurren-  
tium, qui monasterium ipsum tuerentur, at-  
que defenderent. Ipsi verò certè non potue-  
runt esse illius loci Monachi, qui supra ædis  
sacræ fornicem se receperant: at potius Ange-  
li à Deo missi, ut locum illum sacrum & ve-  
neratione dignum protegerent. Hæc igitur  
victoria iure optimo potenti Dei manui &  
interventui gloriosæ Virginis attribuenda &  
assignanda est. Vnde ipsa ædicula præter alia  
miracula non pauca mirè est per hoc nobili-  
tata, dum & ipsa, & totum monasterij septum  
conseruatur ad fidelium fernorum ibi degen-  
tium quietem; qui ne obliuionis aut ingrati-  
tudinis notam incurrerent, ab eo tempore in  
Dei, glorioseque Genitricis eius honorem, à  
die mercurij vltimo Paschæ festo solennem  
processionem cum augustissimo Eucharistiæ  
sacramento ad ipsam ædiculā continuāt. Fitq;  
sacrum.



saerum inibi, tum Canticum, quod incipit  
Deum. sincero affectu & modulatis vocibus  
magno populi concursu, Deum, beatamque  
Virginem laudantis, concinitur. Estque haec  
processio fundata & decreta per Reuerendissimum  
Patrem D. Robertum Ofselart mihi pariter  
Abbam loci trigessimum tertium, qui praesens  
aderat oculatus testis, scilicet cum tumultu  
ille militaris perstreperet.

*RELIGIOSA PER SEXENNIIUM  
tibi arum vsu destituta in integrum restituitur,  
ipsa fundente preces ante B. virgi-  
nis imaginem.*

## CAPVT LVII.

**A**Nno 1586. Monacha quadam, qua  
per sexennium plus minus tibi arum  
vsu fuerat destituta, cum ad beatam Virginem  
in eius aedacula deprecaretur, coepit ambulare  
& progredi.

*ALIA RELIGIOSA PER QUIN-  
quennium paralytica, orans ante B. virginis  
imaginem liberatur à sua  
paralyse.*

## CAP. LVIII.

**E**odem anno & die, quadam alia Moni-  
cha, per quinquennium praedicta debilitate le-  
sio adfixa, ac prorsus paralytica, Cambere-  
nam



*apud Camberonam in Hannonia.* 119

nam delata est, fuisque coram venerandæ Virginis imagine precibus, in ipso temporis momento se integram sanitatem esse consecutam, est gauisa.

*ALIA RELIGIOSA MARQUETANA  
que per sexennium usu membrorum fuerat destituta, in pristinum statum restituitur  
delata ante B. virginis imaginem.*

CAPVT LIX.

**A** NN<sup>o</sup> 1587. Monacha Conuentus Marquetani ordinis Cisterciensis prope Insulas Domina Antonia filia Leonis Maudæi, Dynastæ Mauroij & Danferellij per sexennium & semestre membrorum usu caruerat, factis in medicos frustra sumtibus. Cumque nihil sibi iam polliceretur ab humana scientia, ad misericordiæ matrem, & miserorum asylum confugiens Antistitæ suæ Margaritæ Ambianæ supplicauit sibi copiam fieri, vt peregrinationis ergo Camberonam iter susciperet. Annuit postulatis Antistita, eoque loci Monacham deduxit. Factum ibi sacrum, quo durante, Domina Antonia, vera contritione cordis expiata, præuia peccatorum exomologesi, sacratissimam Eucharistiam piè ac reuerenter accepit: & ecce in momento lenamen sensit, nolensque amplius alieno niti  
admini-



ad miniculo, magna animi alacritate, bo-  
 quibus sustinebatur, abiciens, ad beate Vir-  
 ginis altare deposuit. Estque hæc illustra-  
 veneranda religiosa pro tempore Marquis  
 næ domus Antistita, rectæ, sanctæque ad-  
 ministracionis laude præfulgens ab anno 1597.

*QVIDAM PRÆCIPITI C. A. 1589.  
 tuens ab alto enadit illæsus, quodam Principe  
 eius nomine B. virginis opem  
 implorante.*

## CAPUT LX.

**A** NNO 1589. ferijs beati Laurentii, qui  
 in diem Augusti decimum incidit,  
 Princeps Arembergius suis manibus  
 ædicula sæpe memorata precibus Herculeæ  
 contendit. Ibi adolescentem Philippum de  
 dentatem è porticu præcipientem ructe con-  
 spicatus, memor miraculorum, quæ Cambe-  
 ronæ sibi audierat enarrari, piæ & benignæ  
 Virginis opem in clamavit. Nec in casum  
 talem eius oratio sortita est effectum, ut ado-  
 lescens nullam senserit membrorum lesio-  
 nem. Quæ causa fuit Principi, ut sequenti die  
 Camberonam rediens hoc miraculum refer-  
 ret, factumque solenne fieri in gratiarum allo-  
 nem curaret. Porro adolescens aliquot post  
 diebus ab Atho pedes venit ad ædiculam, B.  
 Virgini gratias acturus.



QUIDAM DIUTERNA PARALYTI  
liberatur, inuocata benedicta Dei  
Matre.

CAPVT LXI.

**A**Nno millesimo sexcentesimo secun-  
do, Aprilis vigesimo octauo, quo de-  
dicatio anniuersaria & processio ad  
beatæ Virginis Camberonensis ædiculam re-  
colebatur, Quintinus Hachæus parccianus  
Lensi ex Manuijo S. Ioannis progenitus à di-  
uturna paralyti per benedictam Virginem Dei  
matrem inuocatâ, liberatus est. Quamobrem  
illo ipso die mane venit ad ædiculam beatæ  
Virginis gratias acturus. Ibi persoluto pieta-  
tis officio redijt, nulli indicans quid sibi con-  
tigisset propter frequentioris turbæ eò con-  
fluentis obstaculum. At quinto die Maij, in  
quam octaua dedicationis incidebat, denuò  
venit ad facellum, vbi sacrum audinit celebra-  
tum à Pastore Manuij, de cuius manu sacram  
 communionem sumpsit. Interrogatus autem  
 Quintinus per Dominum Priorem Cambe-  
 ronensem sacre Theologiæ Doctorè, de per-  
 sona sua, de paralyti & modo curationis, re-  
 spondit se cõiugatũ esse, quinque aut sex liberis  
 oneratum in sudore vultus sui panesuo vese-  
 tem, membra omnia sibi per paralytim reso-  
 luta: vnde per bimestre cõtinuũ lecto affixus,  
 sic decubisset, vt sese citra alienũ adminiculũ  
 moue-



mouere non posset, defertusque à medicis  
 set. Interea temporis spem suam in Deum  
 beatam Virginem Camberonensem defin-  
 rat, cumque tribus antè septimanis processio-  
 nis solemnis, quæ fieri consueuerat supra-  
 cto die, reminisceretur ab inuocanda beata  
 cta Virgine non conquiescebat, confilium  
 perfectam sanitatem eius interuentu con-  
 cururum, vt memoratæ processioni presen-  
 interesse posset. Verum in eius processio-  
 peruigilio sentiens morbum recrudescere, et  
 tremâ sibi noctem fore, ac periodum vitæ  
 adesse reformidauit, donec sequenti die ma-  
 nauseabundus multâ viscosâ materiâ euen-  
 ret, quæ sui pondere & viscositate huc illuc  
 per domum versari posset. Cumque eo van-  
 tu leuatus esset, surgere voluit, vt ad ædiculam  
 beatæ Virginis peregrinaretur, vxoreius des-  
 rare eum putans, aiebat ipsi hoc impossibile  
 esse, tam propter diuturni morbi reliquias  
 quàm iuineris longitudinem. Is nihilominus  
 in suo sensu persistens, surrexit, & baculo ni-  
 xus ambulare cæpit, sequente, ob meum  
 plus, vxore. Ille iter prosequens magis ac ma-  
 gis conualescit: vnde & suauiter ad ædiculam  
 peruenit, & Deo beatæque Virgini man-  
 accepto sanitatis beneficio gratias egit, fru-  
 turque hodie etiam prospera valetudine. Me-  
 moratus Pastor Manui ipsius probitatis testi-  
 monium perhibuit, ac morbi, quo diuexatus  
 fuerat,



fuerat, statim aperuit: Vnde Reuerendus Cā-  
beronæ Antistes hæc populo indicari in co-  
dem sacello quinto Maij die, summo sacro  
peracto in præsentia populi & venerabilis Cō-  
uentus, per suum Priorem iussit. Ibi in actio-  
nem gratiarum hymnus, Te Deum, cum nō-  
nullis ad beatam Virginem precationibus, so-  
lemniter decantatus est,

*Hæc miracula inter alia plurima fideliter excer-  
pta sunt ex antiquo registro adiculae B. Mariæ apud  
Camberonam lingua vulgari conscriptis, & ex qui-  
busdam nouis tabellis in dicta adicula pendentibus.  
Testor.*

P. IOANNES FA-  
RINART Cam-  
beronensis Prior  
& S. Theologiæ  
Doctor.

LIBER





# LIBER TERTIUS

VS, QVO COMPLEXA VLTIMA  
DEBIS COMPLURA MIRACULA  
Cheruiæ in Hannonia mirabiliter  
edita ad inuocationem sacratissimæ  
Dei genitricis, ab anno 1324  
ad annum vsque

1692.

*Proponitur descriptio oppidi Cheruiæ, simulque  
tas permagna nobilis Heroine Idæ à Cheruiæ, qua  
inter alia non pauca & magna pietatis opera etiam  
facellum in honorem beatissimæ virginis  
Cheruiæ extruendum curauit.*

## CAPVT I.



**C**HERVIA Hannoniæ oppi-  
dum in planitie, loco salu-  
betrimo sitū inter Camber-  
nā & Achum ab utroque pene  
æquali spatio distat, scilicet  
mille aut circiter passibus. So-  
lum est fertile & amænum, quā vario vicinorū  
locorum prospectu, quā fontibus limpidis,  
quibus & fossæ implentur & peregrini re-  
fouentur.



foecillantur. Sed quod celebritatē præcipuam loco tribuit, est ædicula B. Virgini Matri sacra vulgo à Sambuco dicta, aut certe ab eiusdem cognomēti fonte. Vnde & in ædicula ipsa ante capitaneū altare fonticulus insignis instar putei visitur: cuius aqua, (vt nonnulli pie affirmant) pro cuiusq; fide bibentibus, salubriter opitulatur. Pertinuit olim hoc opidum ad Heroinā Idam à Cheruia, Domini Guidonis Dynastæ Sartij & Cheruiæ filiam quæ vixit anno 1100. trium maritorum viduam, de quibus in Hannoniæ annalibus ampla fit mentio, quorū hæc sunt nomina, dominus Aegidius Chymeus, Ralfius Gaurius & Nicolaus Rumeigni- us viti spectatissimi ac potentissimi. De hac autē Heroina operæpretiū fuerit nonnulla dicere, quæ & ad eius laudē, & ad maiorum nostrorum pietatem ostendendam spectent. Hęc igitur Herois, collocatis nobiliter & è status dignitate liberis, ab omni sollicitudine & anxietate, quæ huius mundi honores & nobilitatis fastigia comitantur, expedita, opidū suū insignibus ac pijs foundationibus, ditare, ac dotare animo concepit Nobilis hæc Domina, vna cū lacte nutricis Christianam pietatē erga miseros imbiberat. Vnde & Nosodochium edificauit cum ædicula, & campanis, attributis eidem redditibus annuis, terris, pratis, siluis, & aquis in agrorum commoda, & fructum, quos illic ad eorū vsus & seruitia consti-  
tuerat







sime Idæ semideæ virtutes digressi sumus) reuertamur, sacellum in honorem beatissimæ Virginis Mariæ extruendum curauit, instituta, Reuerendissimi Episcopi Cameracensis auctoritate, processione annua ad Dominicam diem à Decollatione S. Ioannis: cui Monachia Guislinghennia collegialiter interesse ex decreto tenebantur, cum sacrorum corporum reliquijs, in ibique per octauas diuinum officium celebrare, sumptibus tamen opidi Cheruij, quod per octauas multis priuilegijs tam ecclesiasticis quam sæcularibus est nobilitatum, tam à summo Pontifice, quàm à Comitibus Flandriæ & Hannoniæ, ac Dynasta ipso Cheruicensi huic processioni præerant eius loci incolæ per sodalitates vices, ac donaria quædam Ecclesiasticis & magistratui largiebantur, sicut etiam num hodie est in vsu. In expensas autem, ex villa quæ pauperibus legata erat accipiebantur verueces, triticum, siliigo, pisa, & pecuniæ quidpiam. Extra hanc arbutulam, non procul tamen, fons scaturiebat, cui contigua fuit arbutula (quam anno 1583. Diabolus confessus est fuisse Sambucum, è qua in festo Resurrectionis Christi illustrissimus & Reuerendissimus Archiepiscopus Cameracensis Lodoicus à Berlaymont, dum excavat columnam altari secundi Sacelli contiguam, viridem extrahit palmitem) cui insita fuit imaginacula beatæ glorioseque Virginis Mariæ

F

Mariæ



Mariæ Dei matris: vbi ciues aquam e fonte  
 hauituri, cum deuotione & animi summissio-  
 ne ligneam beatæ Virginis effigiem veneran-  
 bantur. In pretio fuit, estque etiam hodie in  
 stris hæc imago, à patris penè inficitis  
 raculis sicuti videbis, ô lector, si te breuiter  
 quæ sequitur, narrationem legere non pige-  
 rit.

**Q**UIDAM PODAGRA GRAUITER  
*laborans, fusa ante B. virginis imaginem per  
 orationem, confestum saluum rediit  
 ad propria.*

## CAPVT II.

**A**NNO 1326. Huardus Picauetus, in  
 serè manibus & pedibus affligebatur  
 à chitagra & podagra, habebat autem hic de-  
 mum dicto sacello vicinam, è qua memora-  
 tam imaginem & fontem conspici potest  
 vnde & factum est vt quodam die prospiciens  
 è fenestra, videre sibi visus sit quandam Do-  
 minā in habitu candido mira specie & ma-  
 formi gratia radiantem. Inquiri is ab aliquo  
 prætereunte, nunquid eam Dominam nomen  
 ferret? qui respondit, se neminem illic vidisse  
 etiam nunc videre. Tum Huardus rursus e-  
 am videns, magnum aliquid & miraculo-  
 sum esse ratus, animo spem concepit, si que  
 sanitatem promittens, vna fide & charitate  
 munda







inde Cheruiam venit, sanatus anno 1563.

*SENECHALLVS HANNONIAE*  
*podagra & apoplexia oppressus sanatur ad in-*  
*uocationem B. virginis.*

CAPVT. IV.

**S**enechallus Hannoniae podagra & apoplexia corporis parte dimidia miserelucxatus, per merita & preces beatissimae Virginis sanitatem recuperauit. In cuius beneficij memoriam statuam ligneam, vti vouerat, inibi reliquit, quae pro antiquitate, elegans adhuc conspicitur.

*HEROINA ROYSINIA FILII*  
*calculo laborantem B. virgini deuouente, ac post-*  
*dem pias preces ad eandem fundente,*  
*subito puerulus sponte sua cal-*  
*culum eiecit.*

CAPVT V.

**H**erois Roysinia videns Chirurum iam in eo esse, vt filio suo calculum excideret, pietate in filium mota, subducit illum in manibus chirurgi, verita grauiore cruciatu, vel mortem carissimi filij, deuouetque illum beatæ virginis Cheruiensi peregrinum, sub precatione feruentissima, puerulus calculum sponte sua eiecit, ad plenum conualescens. Visuntur etiam nam matris & filij statuæ in ad-



culæ: è quibus colligere sit facile, illius temporis modestiam in habitu, & luxum ac superfluitatem hodiernam delectari.

**QVIDAM S. GUISENI MORBO percussus, eo quod miracula B. virginis rideret, mox ab eodem sanatur, ubi à B. virgine veniam petijt ad eius imaginem deductus.**

CAP. VI.

**Q**uidam Atrebas Petronillæ Linieræ filius quibusdam socijs suis nec non & alijs opidi incolis colloquens in foro Cheruensi, virtutes & miracula quæ sanctissimæ Dei matris interuentu ad ædiculam & fontem, patrabantur, aperte ludibrio habebat. Et ecce tibi subito vindex Dei manus eum comprehens aliter loqui compulit, immisso morbo, quem vulgò S. Guisleni dicunt, sic vt in momento visum & loquelam amiserit notabili temporis spatio. Mox eius socij per latera hominem apprehensum, ad fontem adduxerunt. Vbi ad se reuersus, ex corde sincero veniam petijt à beata Virgine, confessus execrabiles blasphemias, quas ore polluto & infecto contra imaginem, & nomen beatæ Virginis turpiter euomuerat huius miserandi casus & infortunij causam iustè extitisse, eumque in delictum mortis adduxisse, nisi pio matris misericord

F 7

serio



fericordiae fauore & peccatorum aduocata  
meritis condonata esset culpa famulo suo ad  
iam blasphemo, sed poenitenti. Mox quippe  
finitis precibus, pristinae est sanitati restituta

**QV** IDAM PODAGRA VEXATVS  
inuocans B. virginem, & deuotens se eum  
peregrinum, sanatus est.

## CAPVT VII.

**C**oppinus Montiniensis adeo graui  
podagra, vt nec demittere se, nec  
dextram vel laeuam vertere posset; beata  
Virginem Cheruiesem inuocans, vouit se  
raturum se vt ad ipsius aediculam deferretur  
moxque fusa precatone conualuit, & Cheru-  
uiam venit pedes, vt gratias ageret.

**QV** IDAM A DAEMONE OBSESSVS  
sus ab obsessione liberatur, petens locum in  
quo B. virgo colatur.

## CAPVT VIII.

**A**lexius Velanius S. Petri apud Nema-  
sus ceu Tornacenses paracianus ob-  
sessus a maligno spiritu, vouit se peregrina-  
tionis ergo venturum Cheruiam Romam  
ieiuno. Facta promissione visus est sibi videtur  
Daemonem abeuntem, petensque locum ubi  
sanctam



sancta Virgo in veneratione est, penitus liberatum se sensit.

**QVIDAM CALCULO GRAVATUS,**  
*B. virginis se deuouens peregrinum, dicti morbi pondere plene subleuatur.*

CAPVT IX.

**M** Athæus Siluius à Massis calculo di-  
rè cruciatus, & per hebdomadas vnã  
& viginti, die nocteque clamans, Beatam  
Virginem Cheruicensem inuocat, eique se pe-  
regrinum deuouet, promisso sui corporis pō-  
dere cereo: quo facto mox sane & prospere se  
habuit.

**CAPTIVVS QVIDAM IMPLORATA**  
*virginis ope, admirando miraculo  
libertate donatur.*

CAPVT X.

**I**oannes Douvixus è Fraxinis Brabantorū,  
Rotnaci captus, & patrata cædis accusatus  
est. Quæ causa fuit, eum equi caudæ alligatus  
ad quingentos plus minus passus miserè tra-  
ctus, in angustissimum carcerem reduceretur  
vinctus, & manuum pollicibus tam immani-  
ter constrictus, vt inter carnem & vngues san-  
guis erumperet; pedibus quoq; ferro, ac duo-  
bus annulis stricte compressus: vt taceam di-  
ruptum pænè totum corpus ac lacerum  
à violentiore illo equi tractu. Quem  
F 4 patet



pater in tanta calamitate conspicens, scilicet  
 monet ut ad Innocentiae matrem toto ani-  
 mi affectu confugiat, ab eaque suppetias  
 ferri postulet, tanquam caedis imputata  
 nimè reo, licet per sententiam moerore adu-  
 cato. Miser captiuus, patris monitis obtem-  
 perans, tanto deuotionis ardore est incensus  
 erga beatam Virginem Cheruiensem, ut in  
 pro temporali articulo, pollices vltro sol-  
 rentur, compedes & annuli laxarentur ac pe-  
 dibus exciderent, Accessit ille ad primum ca-  
 ceris ostium, quod subito patuit: inde ad  
 cundum, quod etiam apertum est. Cumque  
 iam libera esset egrediendi via, videt suos co-  
 stodes (nam tres adhuc satellites in sui custo-  
 diam habebat) vrinam facientes: ostium in-  
 terim ad eius aperturam nonnihil strepens  
 reuocat ipse pedem: fremit miser & nouis-  
 ma timet peiora prioribus animo repetens  
 mul & desiderans prioris suae fortunae casum.  
 Tunc medullitus piam virginem in parocia  
 aduocat, vouens se, si à periculo liberaretur,  
 cereum, sui corporis pondus, Cheruiz depo-  
 siturum, & quotannis ad eius memoriam per-  
 egrinaturum. Ostium subito nec sine magno  
 strepitu aperit, liberè nulloque obstaculo per-  
 medios custodes transit, celeri gressu Cherui-  
 am contendit, cum ferramentis suis, quae ab-  
 huc in adicula videre est. Hæc miracula & ce-  
 lia, quæ breuitatis studio prætermitto, parata  
 sunt



sunt ab anno 1310. vsque ad annum 1404. In quorum fidem tibi videre licet regeſtum in adicula aſſeruatam.

**S**ACERDOS QUIDAM PERDITA loquela & vsu rationis, ac per octo menses lecto affixus, planè conualeſcit, inuocata Dei matre ante eius imaginem.

CAPVT XI.

**A**NNO 1429. Dominus Theodoricus Plancius Sacerdos Cheruiæ natus, ibique degens, in morbum tam violentum incidit, vt non loquelam tantum, sed etiam rationis vsu amiserit, per octimestre aut amplius lecto affixus. Intra quod temporis spatium mater eius omnem mouit lapidem, vt peritissimos quosque tum Medicos, tum Chirurgos è diuersis locis euocatos adhiberet sanando filio, idque magno sanè cum sumptu, vt ex ea caussa melior reditus eius portio ad Hippocrates & Galenos sit deuoluta. Frustrata tamen omnibus his tentatis, tandem ad supremum medicum, & benignissimam Dei matrem Cheruiæ pro honore recognitam, confugit: ante cuius imaginem suis precibus, quales maternus in filium affectus, & sumptuum frustra factorum iactura exigebat: idque die festo Paschæ ante meridiem. Vbi domum redijt, Theodoricum filium hortatur vt recu-  
perat-



perandæ humanitus sanitatis spem deponens  
beatæque Virginis meritis innitatur. Erat  
antequam prandium sumpisset, Sacerdos illi  
à longo tempore languidus & mutus, incipit  
distincte & tam articulare loqui ac alias  
quam: dein paulo post plene conualuit, & ob  
eum in memorata ædificia, prout conu-  
uerat, decantauit,

**INFANTVVS MATRE DEFFUNDA**

Ha, viuis in vtero materno deprehensus  
& baptisatur, et quod prius mater par-  
turiens eum B. Maria deu-  
uisset.

**CAPVT XII.**

**A**Nno 1429. vxor magistri Ioannis Es-  
montij Miræi commorans in vrbem  
iho, summos dolores parturiens ad quatuor  
aut quinque dies perpeffa, fuit à nonnullis  
persuasa infantem suum beatæ Mariæ ad fo-  
tem deuouere: quod fecit, & mortem, non  
dito fœtu, paulo post obiit. Quidam ordinis  
Carmelitani ibi tum præfens mulierem fecer-  
it & aperiri iussit. Infans, quem mater beata  
Virgini deuouerat, viuis inuentus, ba-  
ptismo suscepto, ad horam,  
superuixit,

PVERT



apud Cheruiam in Hononia. 138

**P**VERVLVS IN TERRAE  
tumulo depositus & postea exhumatus mirabiliter  
vita & baptismo donatur, vbi cum pater ante  
beatae virginis imaginem detulit,  
& ibidem in oratione per-  
seueravit.

### CAPVT XIII

**A**Nno millesimo quadringentesimo  
trigesimo, Matthæi Dentij coniux  
fecerit protulit mortuum, qui à fæminis que  
aderant, tumulatus est. Pater sciens vxorem  
enixam, desideravit prolem videre; at mulie-  
res nescio quibus remoris id facere differe-  
bant, & illum placare studebant. Sed tandem  
res celari diutius non potuit, sed fossa fuit illi  
ostensa. Tum ipse deuota ea que firma animi  
fortitudine, gloriosæ Virginis meritis con-  
fusus, infantem exhumari, effodique fecit, &  
ad fontis ædiculam adferri: vbi ipse tam  
diu orauit, donec vitam impetraret in-  
fanti: qui ad Sancti Martini æ-  
dem delatus, ibidem ba-  
ptismum suscepit.

(:)

F 6

MV



**MULIER QUÆ DAM PRÆ MOR-**  
*bi gravitate rationis usu destituta, sibi in-  
 tegram restituitur, piè invocata vir-  
 ginis ope ante eius imagi-  
 nem.*

## CAPVT XIV.

**E**odem anno mulier quædam Tur-  
 nis in gravem incidit morbum, vnde  
 n. c. n. inops facta est: ita ut Lymphata  
 lis huc illuc per vires discurreret, neque se-  
 quo tenderet. Accidit interea ut Cheru-  
 veniret, vbi suggestum illi fuit, beatam Vir-  
 nem ut inuocaret: quod ut fecit, sibi ple-  
 tegreque restituta, ut antea conualuit.

**INFANTVLVS DE NOCTE VI-**  
*locatus ad vitam stupendo miraculo ren-  
 sur, vbi mater eius piam miserorum  
 aduocatam piè invocauit.*

## CAPVT XV.

**E**odem anno Gerardus Leo Messen-  
 appetere quadam nocte, infantem de-  
 mestrem apud lectum suum in cunis depre-  
 it. Proximo die pater & mater expregit  
 mortuum infantem deprehendunt. Qui ge-  
 uiter lugentes conuocarunt suos vicinos, et  
 miserum hoc spectaculum viderent. Vbi con-  
 venissent, mater pietatis affectu stimulat  
 consiliaque sanctissimæ, Dei matris precibus  
 & ap-



& meritis, pronoluitur ad cunas infantis, o-  
pem diuinam implorat pro recuperanda fili-  
olo vita: qui mox (ô res perquam stupenda)  
extensis brachijs, apertisque oculis arripuit  
mammillam, & lac suxit.

**MVLIER MENTIS INOPS AD MEN-**  
*tem plenè mirabiliter reducitur, vbi Cheru-*  
*am aduenit, piè piissimam virgi-*  
*nem precatur.*

**CAPVT XVI.**

**A**NNO 1432. Ferijs beati Guisseni, vxor Io-  
annis Bourgelij ex Houia, violèta in phā-  
tasiā impressione tam melancholica & tri-  
stis euasit, vt sensibus & mente capta, manus  
eius ferro vincienda fuerint, ne vel sibi ipsa,  
vel alteri perniciem adferret. Dum labitur a-  
liquantum tempus, eique diuina gratia luci-  
dum interuallum conceditur, beata Virgo  
suggerit illi vt ad ædiculam suam veniat. Pa-  
ret illa, precatur, catenæ manibus excidunt:  
quas præsentè illic populo deposuit, recepto  
sensuum ac memoriæ vigore pristino.

**PVER EXTREME DE VITA PE-**  
*riclitans mortis periculum mirè euadit, voto*  
*eius nomine à matre emisso, & ad*  
*B. virginis gloriam adim-*  
*pleto.*



## CAPVT XVII.

**A**Nno eodem Bertrandus Hutanius La-  
tofianus filiolum habebat biennium  
qui subito sic correptus fuit morbo perni-  
cosissimo, vt nullo vitæ vestigio, signone  
parente, conclamatus ac deploratus esset. De-  
ter-conspicuas infantem ita extremè pericu-  
tantem, amore & pietate expugnatus, beati-  
simæ Virginis matri ex intimis medullis sup-  
plices preces obtulit, vouens, si puellus recu-  
lesceret, se ad ipsius ædiculam profecturum  
ac ceream effigiem exhibiturum duram  
brarum pondere Precibus finitis & voto im-  
pleto, puellus ad se redijt: eodemque die in  
æqualibus in platea collisit.

*FILIOLA MORTVA MAGNO MITA-  
culo vitæ restituitur ante imaginem B. vir-  
ginis transportata, ac fuis ibidem pro  
ipsa ad B. virginem pijs-  
simis precibus.*

## CAPVT XVIII.

**A**NO 1433. Iacobi Glaconij filiola hinc  
existens in area domus incidit in fossam  
aquis plenam: quam mater enixè & diligenter  
quæsitam, extraxit vicinorum auxilio res-  
mortuam, quod neque habitus neque morus  
vllus perciperetur. Mater, Beatam Virginem  
de fonte inclamat, puellulam deserti curat ad  
sacram



apud Cheruian in Hannonia. 135

facram imaginem: vbi citra moram, & vitam  
& sanitatem est consecuta.

**MVLIER MAMILLAE DOLORE**  
*graniter afflictâ, planè euadit sana ad inuoca-*  
*tionem beatæ virginis.*

CAPVT XIX.

**E**Odem anno mulier ab Hamæda, tam in-  
genti & acuto malo ad mamillam supra  
modum turgidam tentabatur, vt quindecim  
dies, totidemque noctes duceret infomes.  
In his dolorum interpunctionibus & aculeis,  
et totis visceribus beatam Virginem Cherui-  
nensem inuocans, ex integro sanitati resti-  
tuitur.

**MVLIER AUDITV PRIVATA,**  
*auditum recepit, vbi Cheruian aduenit, &*  
*ibidem beatam virginem in-*  
*uocauit.*

CAP. XX.

**A**Nno 1437. Coniux Guntheri Vetuli à  
Capella, vi morbi surda ad tres hebdo-  
madas fuit: quibus elapsis venit illi in men-  
tem Virginis (sæpius enim ad ædiculam fon-  
tis venerat) quæ tanta ibi tamque illustra si-  
gna fecisset; cor suum effudit, venit ad  
locum, & sospitatem conse-  
sim adepta est.

CV



**CVIVSDAM MVLIERS** *domus ab incendio diuinitus preseruata, & uoto beatæ virginis pie facta.*

## CAPVT XXI.

**M**ulier quædam Elnonensis, suæ Amando in pabula, vt vidit magis vrbis partem incendio fortuito deflagrare, suam ipsius domum tantum non penitus consumi (iam enim flamma duobus aut tribus vicis eam non nihil deuastauerat) ex toto conseruata, beatæ Virginis fauorem implorauit, vobiscum se (si domus salua superesset) venturam ad adiculam fontis, quæ Cheruizæ est, acturam gratias. Actutum flammæ crepitantes auertunt, & domus salua mansit: mulier improuit votum, gratias egit beatæ Virginis, & genteam hominis effigiem detulit & obtulit.

**CAPTIVVS MAGNO MIRACVLO** *à vinculis liber euadit implorata pijsse beatæ virginis ope.*

## CAPVT XXII.

**I**oannes Bandeus senior captus Angli in bello Hannonensi, & Brianiam abducens ad afflictorum aduocatam confugiens eruditissimis animæ medullis pijs ad eam effudit preces. illicoque vinculis solutus, absque villo obstaculo venit ad adiculam fontis cum eo



pedibus, beatæ Virgini grati animi significationem exhibiturus.

**INFANTVLVS MORTVVS ANTE-**  
quam natus ad vitam reuocatur & baptisatur B. virgine piè inuocata, & eodem puerulo ante virginis imaginem delato.

CAPVT XXXIII.

**A**Nno 1478. coniux Melchioris à Tornaco, Ladenzæ commorans infantem enixa est, in quo nullum vitæ indicium apparebat per totum quinque horarum spatium. Mox vt Virgo piè fuit inuocata, vitam infans accepit, baptismo expiatus est, & ad ædiculam fontis delatus.

**QVIDAM OMNI TIBIARVM MOTU** & sensu miserrimè priuatus, sibi in integrum restituitur, vbi ex Normania Cheruiam pertractus est, implorata ibidem sanctissimæ virginis ope.

CAPVT XXIV.

**A**Nno 1568. Antonius Pratanus filius Roberti ex pago S. Dionysij iuxta Gisoram in Normania omni tibiaram motu & sensu destitutus cum esset, videns facellum eo loci constructum in honorem Virginis matris, quæ



quæ Cheruiæ magno cultu veneratione  
 recolitur, per quendam suum conciuem (q  
 à sua paralyfi Cheruiæ liber & sanus eu  
 rat, quique in gratiarum actionem, vt sup  
 dictum est, secundam ediculum construi p  
 curauerat) diuino numine impulsus fuit  
 eo pertrahi curaret curru exiguo pedem  
 alto) qui adhuc in prædicta secunda edicu  
 conspicitur, per diuersa loca & xenodochia  
 quod re ipsa & opere exequens, tandem, p  
 varios labores exantlato, Alostum appu  
 in eiusque xenodochium receptus toto tem  
 stri misericorditer ibidem fuit sustentatus  
 medicorum industriae expositus. At vbi me  
 ei incisionibus & cultelli punctationibus  
 rum suarum male affectarum experimen  
 fecissent, omnesq; tam naturæ quam artis  
 cultates serio in vanum explorassent, ind  
 runt cum naturæ & artus viribus esse incurab  
 lem, vt pote cuius caro à genibus vsq; effe  
 mortua sine vlllo motu, & quod plus est,  
 sine sensu. Quapropter xenodochio emissa  
 tandem Cheruiam vsq; pertrahitur est. Ma  
 die, eoque sabathino sub vespere: quæ causa  
 fuit cur sacristina noluerit ei sacelli fores p  
 dere. die verò immediatè subsequenti, p  
 pso fundente preces coram imagine glorio  
 matris Dei, ea ipsa hora, qua in parochia dec  
 tabatur solemniss missa ordinaria, subito p  
 uem in humoribus & omnibus membris  
 exper  
 perm  
 men  
 cuius  
 sua n  
 cōfess  
 iā cōf  
 tor &  
 postu  
 dictū  
 Ioan  
 ab in  
 diē d  
 cōsta  
 cunc  
 nia a  
 tū v  
 nico  
 iter  
 post  
 info  
 pera  
 atqu  
 pau  
 Max  
 um  
 tion  
 tion  
 pro  
 nica



expertus est cōflictū & alterationē: quæ ipsū  
permouit, vt exclamās diceret corpus sibi fre-  
mere, supplicans in super sibi piē succurri. Ad  
cuius vocē cōcurrerūt duç fæming, ad ipsū in  
sua necessitate sustēādū: quas in hunc modū  
cōfestim affatus est: Sinite me abire, nā plenē  
iā cōualui. Quibus nō surda aure auditis Præ-  
tor & Magistratus ipse accurrerūt, grādis im-  
posturæ, & fraudulētæ simulationis accusātes  
dictū Antoniū Pratanū cū vectore seu auriga,  
Ioanne à Piennā dicto. Ex quo factū est vt eos  
ab inuicē seiunxerint ac alijs traderent custo-  
diēdos. Verū postea perspicientes magnā eorū  
cōstantiā gestus & vultus planē hilares & iu-  
cundos, presertim verò dictorū suorū per om-  
nia absq; cōtradictiōne cōformitatē, cōsen-  
sērūt vt dictus Antonius, Iacobo Cossētio cle-  
rico parochiano comite, faceret per circuitū  
iter mille 500. passuum vel circiter. Miserūt  
postea viros fide dignos qui singula fideliter  
informationis via exquirerent: quibus sincerē  
peractis, omnia & singula veritati consona  
atque adeò verissima esse comperta sunt, &  
paulò post Illustrissimo ac reuerendissimo  
Maximiliano à Bergis primo Cameracensi-  
um Archiepiscopo proposita: qui sua ordina-  
tione decreuit iuridicā qui iisdē fieri informa-  
tionē, quā & examinandā proposuit omnibus  
prouinciæ Episcopis, & vniuersitatibus Loua-  
nicū & Duacensī, nec non & consilio Regis  
catho-



catholici Bruxellis. In cuius rei confirmati-  
nem prænominatorum secutus consilium  
ipsiusmet Ducis Albani huius Germaniæ  
ferioris sub potestate & mandatis domini  
Philippi secundi felicitis memoriæ, Hispania-  
rum & Indiarum Monarchæ publicari fecit  
dictum hoc miraculum anno subsequenti  
omnibus sanctis sacro, non sine augustissi-  
marum solemnitatum speciosa pompa. Quo-  
bus exhibitis facta est processio admodum  
solemnis, in qua ter venerabile sacramentum  
honorificè deferebatur per suprâ dictum Do-  
minum comitantibus & subsequentibus  
R. Episcopo Galcedonensi, multis præter  
Venerabilibus Prælatibus, Pastoribus & alijs  
personis ecclesiasticis, magno etiam nobili-  
um numero, qui vndequaque è vicinia con-  
uenerant, nec non & infinita hominum mul-  
titudine cuiusque conditionis, sexus & æta-  
tis: qui omnes vnanimi ore deprecabantur  
laudes & præconia gloriosæ matris Dei. Ne  
verò vetustas temporis simul & ingrata in-  
quitas hominis talia ac tanta dona & benefi-  
cia ingrata traderet obliuioni, dictus domi-  
nus Archiepiscopus voluit, decreuit & ordi-  
navit anniuersariam processionem cum ve-  
nerabili sacramento Eucharistiæ esse facien-  
dam dominica postrema mensis Maij, vel po-  
stridie ceu die immediatè sequenti festum Do-  
mestices, casu quo festum hoc incidere in do-



in Dominicum. Prout omnia magis confirmata videre est per bullas dicti illustrissimi Archiepiscopi, quarum exemplar in ædicula palam conspicitur. Dicitur autem Antonius contraxit postea matrimonium in Ciuitate Cheruensi, & reliquit vxorem viduam, nec non & proles, quæ adhuc sunt superstites.

*Mulier MISERE MEMBRIS CON-*

*sorta sibi integrè magno miraculo restituitur.*

*susa ad beatam virginem pia oratio-*

*ne coram sacra eius ima-*

*gine.*

CAP. XXV.

**E**odem anno vigesimo sexto Iulij, Anna Morema Andreæ Athenensis filia pedibus incortis, & in tibias refugis, incedebat: Cui & digiti in se reflexi erant: mox vt oratione ad Diuam Virginem directam ante ipsius imaginem finiuit, sibi ipsi restituta est, & in pristinam fortitudinem, rectitudinem & soliditatem redacta. Hoc etiam insigne miraculum per prædictum illustrissimum Archiepiscopum eodem die & anno quo præcedens, post informationem iuridicam & sufficientem, authenticè publicatum promulgatumque fuit.



**HOMO DIV CALCVLO LABORANS**  
*procinus à morbo liberatur, piè ab eodem  
 inuocata misericordia mare.*

## CAPVT XXVI.

**A** Nno 1569. Martij 3. Magister Ioannes  
 Sohierius Balius Blatonij longo tem-  
 pore calculo laborauit absque vilo malicia  
 mine, non obstante diligenti eaque sollicita  
 indagatione, quam fecerat in perquirenda  
 vnde quaque istis, quæ ad id naturæ vi aliquæ  
 præstare videbantur. Verum simul atque ad  
 xilium gloriosæ Mariæ implorauit, cuius  
 memoria Cheruiæ colitur, calculosum lapa-  
 dem eiecit: exindeque adimpleuit peregrina-  
 tionem, qua vi voti à se emissi obstrictus in-  
 nebat, simulque, ad maiorem rei fidem, eum  
 lapidem secum deportauit.

**MVLIER DVOBVS ANNIS CV**  
*medio iacens paralytica, à sua paralyti euadit libe-*  
*ra & incolumis, dicta missa suo nomine ante*  
*imaginem beatæ virginis apud*  
*Cheruiam.*

## CAPVT XXVII.

**A** Nno eodem quo suprâ, ipso die visitati-  
 oni B. Mariæ consecrato, Ioanna Car-  
 lera vxor Francisci Parfaitij ab Houina duo-



bus annis cum medio iacuerat paralytica: eoque miseriarum deuenit res, vt maritus omni spe valetudinis deperdita, eam deseruerit, ac militiæ cingulum amplexus sic sub Rege catholico. Ipsa autem habebat Athi fratrem quendam religiosum ordinis S. Francisci, à quo petijt vt ad sui intentionem celebrare dignaretur missam coram imagine miraculosa Cheruiensi; Quo factò pristina restituta valetudini, ingratiudinis noxam effugiens, ei, quæ tantum sibi præstiterat beneficiũ, Cheruiam adueniēs, ingentes gratias egit, magnò incolarum Houiniensium comitata numeros: & in gratiarum actionem magna cum melodia missa ibidem fuit decantata.

*PER MORTVVS VITAE RED-  
ditur patre eius seipsum B. virgini de-  
uouente peregrinum.*

CAPVT XXVIII.

**A**Nno 1573. Aprilis 25. filius Simonis Eudonij à Seburca sancti Driedonis violenti aquarum inundantium impetu raptus pertransijt cuiusdam cataractę meatus: vnde post aliquot horas mortuus inde ereptus, pater eius, ad afflictorum patronam & asylum confugiens, deuouit se Cheruiæ peregrinum illius venerationis ergo. Subicò autem reuixit infans, & vt auctò, bene sanus.

NO.



NOBILIS QUIDAM ADMODYM M  
*raculosè euadit mortis periculum, seipsum  
 B. virginì deuouente peregrinum  
 apud Chersiam.*

## CAPVT XXIX.

**A**Nno eodem quo supra in Nouembri  
 Dominus Nicolaus à Montmorency  
 Vendegia Dynasta comitabatur auunculum  
 suum Baronem Rassenghianum, postea Co  
 mitem Isenghianum, harum prouinciarum  
 Legatum ad Regem catholicum. Ex Hispani  
 remcantes, vbi inter V Vasconiam & Cant  
 briam deuenere prope S. Ioannem de Sa, illi  
 necessum fuit torrentem tum temporis mit  
 exundantem ratione cuiusdam pluuie, qua  
 continuè ad longum tempus præcesserat: ut  
 vt pons ex petra confectus, qui per exigens  
 rat, operiretur aquis, eisque profundissimis  
 Interea temporis cursor cæteris præibat virgi  
 pontem explorans, magna voce vnumquem  
 que admonens, vt quisque in suo ordine de  
 bitè sese contineret. Quod & fecit dictus Do  
 minus Rassenghianus, qui prior sequebatur,  
 postea verò dictus Dominus à Vendegia  
 subsequabatur. Sed equus eius paululum  
 deuians à recto tramite in deuium pericu  
 losè prorupit: quæ causa fuit cur sub  
 vndarum impetuositate abriperetur: quo  
 per moti spectaculo tam miserando atque  
 hor



horrido famuli clamitate ceperunt, dicentes:  
domine, domine mi, ecce nepos diris præfo-  
tatur vndis. Ipse verò eminens oculis conspi-  
cens periculum suum, imò verò & præsen-  
tem adesse mortem seipsum vouit peregrinū  
B. Virgini Cheruienti: & ecce (ô res plane stu-  
penda) in instanti secundum ordinem vā  
cum equo suo reuocatus ad pontem, pertan-  
sit saluus & incolumis.

Dicitur autem dominus à Vendegia, supra  
dicta manu propria confirmavit, qui & hoc  
anno 1603. adhuc superstes est, primarius ex-  
stens aerarij publici quæstor in clitorum prin-  
cipum harum prouinciarum. Superuixit quo-  
que Gandavi Ioānes Matillus, qui dicto spe-  
taculo adfuit, & idem quod supra contesta-  
tur.

Nicolans ò Montemorency.

**Q**UIDAM INFESTISSIMO MALO

per longum tempus summo cruciatus stupen-  
do miraculo plane euadit incolumis,  
ad B. virginem Cheruie con-  
fugiens.

CAPVT XXX.

**A**NNO eodem Aegidius Secopius Ioannis  
filius Velanix natus, arte sartor, habitās  
Tornaci in parocchia D. Quintini per vauum &  
vinginti annos summo cruciatus effectus est,  
G pro.



proueniente ex conſractione & comminone cuiusdam offis in brachio miſere deſiſcentis. Quam ob cauſam diligenter quæſitumque in praxi medica & præcipue vlcera curatione expertorum fieri poſſet, exquiliu. Quod cum animaduſceret fruſtra factum, viſitè qui nullum inde mali experiretur ſolatiu, diuiniùs illi ſuggeſtum eſt Cheruiam ut ueniret. Vbi fuſa preſentatione peracta, ſacelli circuitu (dexteræ excelsi notate vultu) ſtatim brachio ſuo quoddam os ex aſticularis digiti longitudine & craſſitudine quod etiam hodie viſitur & fideliter cultatur. Eius autem plaga in momento ſanata, & omniſque dolor euauit coram tota populi multitudine ibi tum præſente, quæ mirum exclamare potuit. Mirabilis Deus in ſanctiſſima Virgine, quam matrem elegit admirabilis creatione.

*PER QUI NERVIS CONTRACTIS  
nullatenus tibiſas mouere poterat, perſeſſit  
cotruateſcit, peregrinationis voto  
ad Cheruiam eius nomine  
facto.*

CAPVT XXXI.

**A** Noo 1579. Iunij 19. quidam adoleſcent



nomine Matthæus propria amita comitatus  
& duabus fororibus suis, nudis pedibus Len-  
sio Hannoniæ venit Cheruiam acturus Deo  
gratias & gloriosæ Matri eius pro ab eis ac-  
cepto summo singularique beneficio, quod  
est eiusmodi. Ab ipso namque quadragesi-  
mæ peruigilio nullatenus tibias mouere po-  
terat, neruis hinc iadè ita contractis, vt ge-  
nua pectus suum coningerent, vnde & eius  
rei adhuc clara visuntur vestigia. Chirurgis  
aut de sua hac salute & incolumitate despe-  
rantibus, imò se illum vlllo modo iuuare pos-  
se dissidentibus, sorores eius ad sacratissi-  
mam Virginem confugerunt deuouentes  
Cheruiæ peregrinationem nudis pedibus.  
Voto autem facto, puer sine mora leuauit ti-  
bias, easque in longum protraxit, & exinde  
perfectam sanitatem recuperauit, Vnde &  
predicto modo peregrinationem impleuit,  
adhucque superuixit totus corpulentus atque  
robustus, annuatimque duabus in processio-  
nibus defert crucem ante peregrinos: die ve-  
ro immediate subsequenti Prætor Cheruien-  
sis vnà cum notario suo Lensium contende-  
runt, vt super his quæ contigerant debite  
inquirerent, & omnia prout dicta  
sunt, vera esse d. prehens-  
derunt.

G •

PVER



PVER IN PVTEO SꝞB MERSTꝞ

mortuus resurgit eum propria matre B. virginis  
Cheruiensi deuouente peregrinum.

## CAPVT XXXII.

**A**Nno eodem quo supra R. Pater Franciscus Nicodesius Societatis Iesu presbiterus Valencenis ad quendam pagum regni Ostreuanensis, & ibidem rudes animarum catechismi lumine collustraret, propria manu scripsit in regesto miraculorum eorum adfuisse, ubi ipsimet exhibitus fuit puer, quatuor horis continuis latitauerat in quodam puteo triginta cubitos alto. Ex quo ipse stea planè mortuus & exanimis extractus, mater verò eius viso hoc tristi spectaculo, tanta tristis & merore confecta à vicinis sollicitata fuit vt deuoueret filium suum peregrinum B. virginis, quæ apud Cheruiam in honore habetur, eamque eiusdem precibus meritis piè commendaret. Quo facto (quod spectaculum non amplius triste & amarum, sed prorsus lætum & iucundum) reuixit infans, & visus est planè sanus & hilaris cum ipsa matre: cui fel amaritudinis Dei infinita potentia & sanctissimæ Virginis clementia licet fuit conuersum in mel tantæ dulcedinis.

QV



ADAM LONGO TEMPORE PA

ralytica admodum miraculosè sanatur, depor-  
tata ante sacratæ virginis imaginem,  
ibi que ad eandem pijs suis  
precibus.

CAPVT XXXIII.

**A**Nno 1579. Iulij die 14. Elisabeth Sinasia  
è Begguinagio (vt vocant) sanctæ Elifa-  
beth Gandensis ob fidei desertionem & hæ-  
reticorum oppressiones, quæ tum temporis in  
ea ciuitate grassabantur, Montes Hannoniæ  
profuga, per duodecim annos & octo menses  
paralytica fuerat, quando vnà cum lodice &  
nocturnis stragulis, ad sanctâ & miraculosam  
ediculam Cheruicensem deportata est: vbi  
cum prona iacens pijs ad beatam Virginem  
effudisset preces, petijt proprijs stragulis suf-  
fuleiri. Et ecce sola cepit incedere, appren-  
dit que ferramentum, cui ordinariè cerei ap-  
penduntur. Quinto denique Augusti die, ba-  
culos, quibus sustentabatur, abiecit. Eiusdem  
verò mensis die 30. vbi pedes venit Montes,  
liberata est à febris & ab omni corporis infir-  
mitate: exinde que per quadriennium  
sæpius nudis pedibus venit  
Cheruam.



**PVERVLVS MORTVVS ANTEQUAM**  
*natus, & ad dies 17. sepultus, vita & baptis-*  
*mi gratia donatur ad B. Mariæ sa-*  
*cellum per matrem piè*  
*deportatus.*

## CAPVT XXIV

**A**Nno 1582. die Ianuarij 24. Ioannis Fo-  
 rini vxor nomine Isabella, Ombria  
 agens, foetum edidit emortuum, qui in cen-  
 horto ad dies septemdecim sepultus iacet,  
 quibus elapsis mater ad se è graui morbo re-  
 uersa, & ex totis animi præcordijs inuoca-  
 piam ac misericordem peccatorum adoro-  
 tam, tantum importunis suis precibus ap-  
 maritum promeruit, vt earum importunitas  
 cogeret exhumare foetum: ea tamen lego,  
 vt si iam putrefactus & corruptus foret, in-  
 relinqueretur: sin verò integer adhuc appa-  
 ret, ei deferretur: sub spe videlicet certa quod  
 beata virgo eum in tuela & protectione habe-  
 ret. Quod & fecit. Mater autem receptum hoc  
 ter triste & miserandum corpusculum inter  
 vlnas, magno cum fidei ardore Cheruam de-  
 fert in ædiculam beatæ Mariæ ad fontem de-  
 fontem, dico, vitæ. Infans verò illic depositus  
 coepit quasi purpurascere: delatusque ad Insi-  
 lariæ domunculam, respirauit, urinam fecit,  
 simulque ventrem exoneravit. Inde baptis-  
 tus est, & eleganti planeque vitali colore vi-  
 uis.



sis est, quoadvsque extra Cheruiense territo-  
rium delatus est: tum enim magis atque ma-  
gis expalescere coepit, donec beatum spiritum  
Deo conditori redderet.

*PVELLA QV AEDAM CHER.*

*niam deducta liberatur à demo-  
num obsessione.*

CAPVT XXXV.

**A**Nno 1583. Martij 25. Ioanna Carliera li-  
berata cum esset à 22. dæmonibus, qui i-  
psam mitè agitabant & à nouem alijs adhuc  
possessa, Cheruiam perducta fuit per Illustris-  
simum Archiepiscopum Cameracensem Lu-  
douicum Berlaimontium bonæ & felicis me-  
morizæ, non obstantibus molestijs & impu-  
gnationibus quibuscumque, quas ipsi dæmo-  
nes in via suscitauerunt, igni videlicet ipsius cur-  
tus operimentum absumentes, rotam eius in-  
commodantes, aërem tempestatibus exagi-  
tantes, & pluuiam tempestuosam excitantes.  
Quo die multis ad Deum suis precibus &  
exorcismis ipsis ab hora quarta ad vndecimam  
vsque vespertinam productis, dicti dæmones  
coacti fuere clarè & distinctè pronunciare hæc  
salutationem Virgini Dei Matri longè gratif-  
simam, Ave Maria, ad finem vsque, sed 9. A-  
prilis die Illustris. Dominus denuò locum repe-  
tes, iterata vice eosdè horrendo fulmine eccle-  
siastico terribiliter est persecutus: ac propter  
G 4 corum



eorum inobedientiam, varijs in eos præmissis  
protestationibus commemoratorijs, Officiali  
eius, Magister Franciscus Buiffere (natus  
Namurcensis Episcopus) eosdem condemnauit  
ad perferendum accidentarias penas &  
cruciatu suos cum duplo maiori acerbitate,  
idque ad decem annorum millia; simulque  
is præcepit extinguere cereum benedictum  
signum euidentis discessionis eorum. Tum  
respondit Capiraneus cornutus: diabolus  
me deuexasti. Tandem sequenti die coactus  
est cum socijs cedere loco, & quietam reli-  
quere Dei creaturam precioso suo sanguine  
redemptam. Quod de facto apparuit quando  
antedicta Ioanna desijt opprimi cum extor-  
cigaretur: superaddens experiri se ab eis liberatam.  
Nihilominus tamen Dei permissu ueraciter  
adhuc fuit sex diebus plus minus, non ad te-  
tra, ut antea, sed ad extra: remansit namque  
Cheruiæ per octauam Paschæ cum prædicatione  
domino Officiali. Vna autem ex illis motibus  
stijs quas illi facebat diabolus hæc erat  
quod prosequeretur eam ad sacellum uigilanti-  
fororum, dissuadens illi facere integram pro-  
catorum confessionem. Aliàs uero ipsa uigilanti-  
cum eunt e sacellum, seipsum illi confite-  
dum offerbat, & eum dicto Officiali aliquo  
signo demonstrante desiderabat. At discessit  
autem dictorum demonum Illustrissimus  
dominus inquisiuit ex Magistro Ioanne Bou-  
chy



chy Cheruiæ Pastore ( qui hoc miraculum alijs subsequentibus mihi tum verbo tum scripto communicauit) quoniam in loco crederetur esse sambucus: eo quod dæmones prædixissent se loco suo pellendos meritis B. Virginis à Sambuco. Tum iussit paruam scalam afferri, qua posita iuxta columnam, quæ exterius imaginem attingebat, dictus dominus Archiepiscopus extremum apicem dictæ columnæ conscendit, paululumque arenati scalpendo cruens, sambuci ramusculum inuenit puilulantem simul & virescentem, quem ipsemet ad mensam domini Marchissæ usufructuariæ, derulit, prout attestari possunt Domina Comitissa Soltena, supradictus reuerendissimus Episcopus Namurcensis modernus, magister Nicolaus Goubillius, primarius Decanus Cameracensis, prænominatus pastor Cheruiensis cum plurimis alijs ibi tum præsentibus & adhuc viuentibus. Sambuci autem huius facta est mentio in priori historia Huardi Picquauetij, quæ accidit anno 1326. Vbi notandum hanc arborem inter petras & arenatum anima vegetatiua superstitem fuisse spatio annorum 258. Multa autem incidentia hoc miraculosum opus sunt subsecuta & comitanter ad illud se habuere: vtpotè quod diabolus expetebat sibi licentiam fieri grandioribus colaribus seipsum insinuandi: vt remitteretur simulque condemnaretur ad res-



dendum super V Vandenia quercum, quoniam sic commodè exploraret ac notaret homines ebriosos è taberna redeuntes: vt potestas illi daretur nominatim specificandi hugnotos malè de fide sentientes, qui exorcismis praesentes aderant; magna voce subindè exclamans se credere verum Deum in venerabili & augustissimo Eucharistiae sacramento realiter contineri sub panis & vini speciebus. Notate vos, ô ter miseri & maledicti haeretici, quamuis ita sit diabolus omnis imposturae & mendacij esse pater, simulque auctor & doctorem primum sacrilegiorum ac blasphemiarum, quas ore non minus impuro quàm impio durè ac dirè nimis aduersus diuinum hoc sacramentum euomit: tamen vigente necessitate & Dei beneplacito sic disponente, cogitur contraria, quamuis inuitus, decantare, simulque Domini sui praesentiam agnoscere & adorare magno nostro cum applausu, sed ad ignominiam & confusionem vestram sempiternam.

NOBILIS QUIDAM, VOTO DEVOTO  
B. virginis factò, à graui morbo miracu-  
losè liberatur.

## CAP. XXXVI.

**A** Nno 1583. die verò Diuæ Magdalene  
consecrato Dominus Carolus à Gau-  
ria



ria, Beaurianus Comes, ac Athenfis oppidi  
gubernator & castellanus in grauem morbū  
incidit, quo fiebat vt quasi continuò copio-  
sum ore sanguinem emitteret. Qui ad medi-  
corum, Cospeani videlicet, Bienis, Gauartij &  
multorum aliorum artem industriamque cō-  
fugiens, per eosdem incurabilis iudicatus est,  
simulque pulmonis morbo laborare. Exper-  
tissimus autem doctor Harlempersius Binchi-  
um euocatus ab Heroina comitissa dicti do-  
mini vxore, eum inuisendi gratia, vbitum tē-  
poris residebat, eo conspecto, cæteris feliciter  
infirmittatis causam & originem indicasse si-  
mul & iudicasse visus est: quam ob causam &  
illi quædam pro suo posse conuenientia sug-  
gestit ac parauit remedia. Verum cum diutur-  
nitate temporis & eorum vsu continuo dicti  
domini vires extenuarentur, ac indies magis  
atque magis frangerentur, accidit anno mil-  
lesimo quingentesimo octuagesimo quarto  
ipso Purificationis peruigilio sub vesperum a-  
liquas è prolibus suis adhuc iuenculas ve-  
nisse ad eum, & ante conspectum eius exhi-  
buisse exiguos cereos ad hoc destinatos, vt  
ab eis die subsequenti deferrentur ad ecclesi-  
am. Sub idem verò tempus venit illi in mea-  
tem pia resolutione & deuotione seipsum  
humiliter commendandi precibus & me-  
ritis benedictæ Virginis **MARIAE**, ma-  
rtis **DEI**, quæ Cheruæ debite colitur:

G 6      decro



deuouendo in super se tota uita suum fore pe-  
 regrinū, quibusdam superadditis elemosinis.  
 Quibus transactis dat se nocte quieti; & die le-  
 quenti circa tempus meridianum cepit exa-  
 gitari vomitu prae-grandi, quo fiebat ut à se  
 depelleret quosdam humores in creta simili-  
 tudinem candidos: cum antea contrariò ple-  
 ne modo expuisset copiosum & abundantem  
 sanguinem die ac nocte per septem mensis  
 continuos. Ab illo uero vomitu ita miraculo-  
 se dictus dominus cepit pristinam recupera-  
 re sanitatem, ut qui antea extremè extenua-  
 tuserat, in ò uero etiam planè exhaustus, re-  
 sumptis deperditas vires, & spatio septem  
 aut octo dierum perfectæ ualitudini sic resti-  
 tutus, quasi nullo antea morbo exagitatus.  
 Prædictus autem dominus adhuc superius  
 est hoc anno millesimo sexcentesimo tertio,  
 qui se toti uitæ suæ tempore fecit peregre-  
 num, & postea ascribi uoluit in Confraterni-  
 tatem Beatæ Mariæ Cheruiensis, personali-  
 terque singulis annis Cheruiam peregrina-  
 tur, uel alium nomine suo eodem transire  
 tit cum pio aliquo donario & oblatione  
 facta Ita scriptum & signatum  
 propria manu prædicti  
 domini.



**PVER MIRACVLOSE PER B. VIR**

*ginem praeservatur à periculo mortis, propria eius matre eundem B. virgini peregrinum deuouente.*

**CAPVT XXXVII.**

**A**Nno 1584. Martij die 25. in pago Seburcensi in quo requiescit corpus S. Driedonis. Antonius Cordarius puer annos decē natus, vi torrentis inundantis abreptus est, ac per triplicem cataraetam impetuosè est deuolutus: matre interim tota gembunda eū semper prosequente, quo vsque ipsa deuouens B. Cheruensi filium suum peregrinum, cum vndosis extraxit aquis versus pagum Seburquianum. Tum autem infans in hæc verba exclamare cepit: heu, quantus me timor inuasit? Affirmans nihilominus quandam dominam vultu habituque candidam semper inter medias vndas suum tenuisse ac sustentasse caput.

**PVELLA PARALYTICA ET MHN.**

*te capta in integrum sibi restituitur Cheruiam perducta.*

**CAPVT XXXVIII.**

**E**Odem anno quo suprà, Maij die primo Valencensis Cheruiam adducta est, quædam puella parœchiæ Sancti Nicolai, habitans



tans in eiusdem vrbs suburbij, membris suis in totum perclusa & paralytica, quin etiam mente parum sana: qua: Cherua coram imagine B. Mariæ præsentata, extra seipfam sine sensu, sine motu rapta est. Postea verò perducta vt tertio ædiculam circuiret, perfectè conualuit, & nunc optimè valet. Eius inscripto tabellam.

**CAPTIVI ADMODVM MIRACV-**

*losè liberantur, pijs votis ad B. virginem confugientes.*

**CAPVT XXXIX.**

**A**Nno quo supra, Octobris 14. Martinus Lausnoy à Sillino agrum suum seminabat, tempore quo Bruxellenses Regiæ maiestati rebelles inter Lensum & Iuabium discurrentes prædas quas poterant facere, interceperunt hominem quendam cubicularium Domini Mastannij cum quodam nobili dicto à Ternis, famulo dicti Domini: Illis autem à præda redeuntibus ad propria, iniecerunt manus in dictum Martinum Lausnoy & eius filium, equis etiam eius furtivè abductis: quos omnes carceribus mandaverunt, & incluserunt in fortalitio Anderlequiano. Miramur verò hisce angustijs oppressi dormitabant, verum omni cū humilitate sese precibus Patronæ miserorum commendabant: eorum verum est vt sub mediam noctem se mutuo hortarentur.



utur ut fuga salutem quaerent. Fortalitiū  
 nem quatuor ianuis ceu portis obseratum  
 ear, quas sine strepitu referare minimè potu-  
 erunt, & in egressu suo per inadvertentiam &  
 incaute quoddam poculum confregerunt. Ad  
 cuius contractionis strepitum custos qui in  
 loco eminentiori agebat excubias exclamare  
 cepit, eosque in hæc verba proclamavit: quis  
 quo tendit? quis ibi pertransit. Ad cuius tamē  
 vocem nemo à somno (quo omnes in excu-  
 biarum loco sopiti detinebantur) euigilavit v-  
 nico excepto, prædicto videlicet domino  
 Tertio. Vbi verò dicti incarcerati à supradi-  
 cto fortalitio tanto spacij interuallo remoti  
 suere, quanto bina vice arcus dexteritate &  
 violentia solet emitti sagitta, filius ad patrem  
 suum conuersus sic eum affatus est. Pauperes  
 & miseri sumus, nullumque nobis superest  
 medium vitam nostram sustentandi casu quo  
 contingat nos destitui equorum nostrorum  
 vsu & subsidio: quapropter sine me, mi pater  
 eosdem sedula mea opera repetere. Cuius pe-  
 titioni ut annueret admodum difficilem se  
 præbuit pater, allegans quod si contingeret  
 eū deprehēdi ac fortalitiij custodiā violasse, a-  
 ctū foret de eius vita (utpote qui cōfessim selo-  
 peris & bōbardis impereretur) cū omniū equo-  
 rū iactura. Nihilomin⁹ tamē magna ei⁹ impot-  
 untate deiecit⁹, id ei, quā inuit⁹, pmissit meri-  
 tis ac patrocinij B. Mar. Cher. cōsis⁹. Ad forta-  
 litiū



litium vbi reuersus, inde equos abduxit, qui  
 via incedentes regia super pauimentum lap-  
 dibus stratum talem pedibus dedere sonitu-  
 vt is qui agebant excubias magnis iisque fe-  
 riosis vocibus compellaret eos qui in cul-  
 dia agebant excubias ad diligenter vigilandi-  
 super captiuos. Ad cuius insolitos clamores  
 quidam militum præfectus ex parte excitatus  
 in hunc modum respondit. Quid inibi est  
 denuo confestim incidit in somnum. Post ve-  
 ro vnus horæ quadrantem omnino expo-  
 rectus, fortalitiij portas patere cõspexit. Quod  
 ipsum permouit vt ore blasphemus blasphemiarum  
 virtus dirè euomendo exclamauerit  
 carceratos auffugisse, manusque eorum eu-  
 sisse: aduertens nihilominus prædictum no-  
 bilem penes se, alios in fugam versos mille-  
 tenus est profecutus. Interea nostri hi nocte  
 quites intempesta nocte per agros male cul-  
 tos, imò & incultos, per vias inuias & minime  
 tritas, lutosas, sepibus & spinis plurimum  
 infestas sub Dei paterno conductu laxatis he-  
 benis incolumitatis studio equos tantopote  
 impulerunt, vt sub auroram se Bruxellis rici-  
 nos toti stupefacti aduenterent. Nouum hinc  
 periculum, angustiae nouæ, calamitas vniuersæ  
 noua. Vnde & ob hanc causam in honorem  
 Beatæ Virginis Cheruiensis votis vota adde-  
 derunt, hunc in finem, vt vitæ consulentes re-  
 liquum viæ tuto & incolumes conficerent.

Et co



Et ecce sine vlllo obstaculo & infortunio sub horam decimam meridianam Sillinum apulerunt, confectis ab eis viginti miliaribus extensæ admodum longitudinis. Vbi verò sequenti die Cheruiam venerunt gratias acturi Dei matri, eorum per omnia protectrici, hūc rei felicem euentum ac successum miraculosum Pastori enarrauerunt. Qui & postea iterū confirmatus & ratificatus fuit per nobilem supra nominatum, qui horum prædonum manus liber euaserat magna argenti auriq̄ summa redemptus.

**RELIGIOSVS AVARIIS MORBIS**

*varie sanatur, confugiens ad misericordiæ matrem.*

**CAP. XL.**

**E**odem adhuc anno Frater Iacobus Escal-  
letus instituti Franciscani Biezi Guardia-  
nus apoplexia, simul & torrida febre correptus, statim atque miseriarum & dolorum suorum angustijs pressus, misericordiæ matrem pio cordis affectu inuocauit, sanus euasit. Postea verò Guardianus S. Audomari cum esset, desertus à medicis, amissa loquela, ad vltimos singultus & angustias redactus, misit Cheruiam qui suo nomine ter venerandum missæ sacrificium offerret. Paulo post vbi conualuit, ad pietatis & misericordiæ matrem se transtulit.



lit, eidem & omnium bonorum largitori Deo  
acturus gratias.

**IDEM RELIGIOSVS AB ALIO**  
periculoso morbo sanatur meritis eiusdem  
beatissime virginis.

## CAPVT XLII.

**I**dem Athi Guardianus cum esset, à pericu-  
loso morbo sanctissimæ Virginis matris  
meritis liberatus est, Vnde in grati animi si-  
gnificationem promisit de superiorum con-  
sensu, per octauas assumptionis gloriosæ Vir-  
ginis matris Mariæ, verbum Dei prædicare in  
ædicula fontis quoad viueret, simulque hæc  
dicta beneficia sibi per eam collata publice  
annunciare: quod & de facto, ad mortem us-  
que præstitit. Pluries illum audiui hæc pro cõ-  
cione enarrantem: Obijt hic bonus & pius re-  
ligiosus (qui & Athi vt dictum est, fuerat Guar-  
dianus) anno 1595. Februarij die 17. la-  
borum suorum fructus & præ-  
mia sine fine perce-  
pturus in cõ-  
lo.

INFAN.



INFANTVLVS MARCHIONIS DE  
Ranti presentissimum mortis superat periculum  
oblacione pro eius salute facta ac Cher-  
uiam transmissa.

CAPVT XLII.

**A**Nno 1584. Iulij die 28. Alexander La-  
lanus domini Emanuelis Marchionis  
Rentani & Dynastæ Cheruiæ, Nomarchæ  
Hannoniæ, equitis aurei velleris &c. filius v-  
nicus, menses nouem natus partem auri cre-  
pitantis deglutiuit: quæ puellum suffocatio-  
nis præsentissimo periculo exposuit, idque si-  
ne vlllo mali remedio: quamuis enim digitus  
ori infereretur, extrahi tamen minime pote-  
rat, sed magis atque magis deficiente spiritu  
de vita etiam extremè periclitabatur. Vbi eò  
miseriarum ventum est, eius auia Anna Res-  
nessia non minus deuote quàm constanter  
meritis gloriosæ matris Dei confisa, apud se  
deliberauit partem argenti in oblacionis veu  
complicare, eamque complicatam infanti o-  
sculandam porrigere: quam & postea per cur-  
sorem Cheruiam sine mora deferendam cu-  
rauit. Hen tibi mira res: subito namque infans  
sponte sua eijcit ex ore partem auri supradictam, à  
clamore quiescit, & vt summatim dicam, ita se-  
gerit, ac si nihil incòmodi antea passus fuisset.  
Quã ob causã feria 2. sequenti pater, mater &  
auia



aula cum infantulo Cheruiam venerunt, omnique cum humilitate Deo ac misericordissimæ Dominæ in eius cœdula gratias, egerunt,

**FILIA COMITIS HOCSTRATANI**

*vehementissima febre correpta, diuinitus ab eadem euadit libera, missis cursore, qui apud Cheruiam sacrum fieri curaret.*

**CAPVT XLIII.**

**A**Nno 1585. mense Ianuario domina Margareta Lalania Hocstratani comitis filia, cum Duaco se dedisset in viam Leodunum versus, vt matrem morti proximam iuuiseret, subitanea febre eaque tam vehementi correpta est, vt eam Cospeanus & Bienius medici incurabilem ac letalem esse affirmarent. Eoque tandem ventum est, vt extremæ vniuersionis sacramentum Montibus Hannoniæ petceperit, nulla iam ei reliqua cuiusquam rei notitia. Tum communi sensu & consensu decretum fuit, vt cursor Cheruiam mitteretur, qui sacrum eo loci fieri procuraret: vt autem ipse ad oppidum peruenit, portam oclusam offendit. Verum circa mediæ noctis densas tenebras ægra gallico & flandrico idiomate exclamat gembundo spiritu, simulque creatoris sui petit gratiam & eius inuocat misericordiam.



cordiam. Die immediatè subsequenti mane,  
illa ipsa hora qua cursor ingressus est Cherui-  
am, meliuscule habuit, asserens sibi de nocte  
sanitatem reuelatam, complera peregrinatio-  
ne. Quod & contigit: nam & ab illo tempore  
bene sano & affecto corpore inceptum iter  
prosecuta est, quod visendæ matris causa sus-  
ceperat, nullis è morbi sui reliquijs afflictæ in-  
commodis & vitæ ærumnis, quas ordinariè  
patiebatur.

QV I D A M S P A T I O Q V A T V O R  
mensium grauius ischiadico dolore oppressus ab eo-  
dem planè diuinitus liberatur, vbi sei-  
psum pie deuouit B. virginis  
Cheruiensi.

CAPVT XLIV.

**A**NNO 1585. Vincentius Dionisius Fa-  
berlingnarius habitans Montibus Hã-  
noniæ per quatuor menses extremè ischiadi-  
co dolore correptus fuit, absque vlllo sui leua-  
mine, non obstante quocunque medicorum  
ac chirurgorum ope & indultria, quorum ipse  
multoties subsidium postularat. Simulatque  
autem gloriosæ Dominæ Cheruiensi seruiti-  
um suum deuouisset, acutis suis doloribus  
plenè perfecteque liber effectus est, primoque  
Septembris die Cheruiam venit gratias actu-  
rus matri misericordiæ. Sic propria manu  
scriptum.

RELI-



**RELIGIOSA DIVERSIS INFIRMITATIBUS** per septem menses diuexata, ab eisdem diuino favore sanatur, seipsam B. Virgini Cheruensi deuouendo.

## CAPVT XLV.

**A**Nno eodem quo supra mensis Iunii die postremo monacha Barbara VVaticer religiosa conuersa à Spinaloco prope Montes Hannoniæ se transtulit in ædiculam miraculosam Cheruensem vna cum altera femina sibi familiari, eaque famula prædicti monasterij, vbi pro certo ambæ affirmauerunt dictam sororem Barbaram per septem menses diuexatam fuisse diuersis infirmitatibus, nunc morbo capitis, nunc vomitibus, aliis animi deliquijs, atque alijs doloribus, sapissime diuersimode se habentibus, sic vt Vnctio extema illi fuerit administrata absque vlla spe prosperæ valetudinis. Verumtamen vbi inuocauit auxilia tricenæ manum Virginis matris Dei, pium illi deuouendo obsequium apud Cheruiam, aliquantulum pristinae sanitati restituta est, ac in solidum ab omnium infirmitatum suarum grauamine exempta, peregrinatione sua adimpleta. Vnde veneranda Abbatisa in gratiarum actionem pro recuperata iam sanitate, misit Cheruiam cum dicta sorore religiosas numero tres, quæ procurant



runt missam ante matutinas concertu musi-  
co decantari.

**Q**UIDAM A MEDICIS DERELI-  
ctus, in integrum restituitur ad Beatam vir-  
ginem Cheruicensem conuer-  
sus.

**CAPVT XLVI.**

**A**Dhuc eodem anno, Octobris die 24.  
Jacobus Henninensis villicus iuxta  
Bauacum à medicis derelictus cum esset abs-  
que vlla spe sanitatis ynquam recuperandæ  
conuertit pia sua vota & orationes ad B. Vir-  
ginem, cuius memoria Cheruiæ recolitur; &  
sine mora sanitati restituitur. Vnde in tantu  
beneficij gratam memoriam ad suam ædicu-  
lam se contulit. vt ingentes illi, referret grati-  
as, eidem insuper insignem mappam Damas-  
cenam offerens cum velo oratorio, quod  
singulis diebus conspicitur in pul-  
pito, super quo subdiaco-  
ni liber reponi-  
tur.

**IVED.**



**PVELLA MOTVS PROGRESSIVI**  
*facultate priuat ad quatuor annos liberè incedit,  
 trina peregrinatione ad B. Virginem  
 Cheruicæ suscepta.*

## CAP. XLVII.

**A**Nno 1587. quædam puella Bethuniensis pro certo affirmavit quomodo præ debilitate & impotentia artuum & membrorum vlllo modo progredi poterit spacio quatuor annorum: at ubi priorem peregrinationem versus benedictam Virginem Cheruicensem, cui prius voto se obstrinxerat, confecit, baculis subnixâ progredi cepit: secundâ autem peregrinatione se magis corroboratam experta est: Tertiâ verò, quæ ipso ascensionis per uigilio accidit, integrum est planè restituta, Idem coniectatus est pater suus ibidem tum præsens. Tabellam, si placet, inspicio.

**SACERDOS TIBIÆ DOLOR**  
*plurimum grauatus, sanatur celebrando missam  
 ante Beatæ virginis imaginem, & iter  
 suum sacellum circum  
 eundo.*

## CAPVT. XLVIII.

**A**Nno 1588. Dominus Ioannes Regius, presbyter, tum temporis pastor ecclesiæ



li à VVessa longo tempore acuta febrī eaque  
vehementi correptus fuit. At Martij die vige-  
fimo quinto corrupti humores ad genu con-  
fluxere: quo factum est cum exinde tantopere  
fuisse grauatū, illiusque membri vsu desti-  
tutum, vt paululum incedendo baculis inni-  
xus necessarium illi foret ad singulos passus  
tibiam propellere, tanquam quæ mortua ef-  
set & omni motu priuata. Quapropter omnē  
confidentia suæ anchoram reponens in illa  
Virgine, quæ nobis mundi salutem salutariter  
progenuit, maximo cum labore Cheruā  
aduenit vltimo Aprilis die: vbi sacra exomo-  
logesi per confessionem purgatus sacrum fe-  
cit, & paulatim melius habere cepit: ad cō, vt  
in ipsa consecratione liberum illi fuerit genua  
complicare, & missa peracta, ædiculam terna  
vice circumiens, plane sanus redierit: & in si-  
gnum memoriale testimoniumque fidele tā-  
ti beneficii, quo liberaliter à Deo cumulatus  
fuerat, ambos baculos, quibus antea subnite-  
batur, ibidem in totum deposuit, vigesimoq;  
die Maij iterum eundem locum reperijt grati-  
as peracturus Deo & gloriosissimæ Matri suæ:  
eum etiam in finem, vt fide bona testimoniū  
daret huic miraculo, illud fideliter contestan-  
do coram M. Ioanne Bouchinio pastore, D.  
Georgio Marino presbyteris, & quibusdam  
alijs.

H

DOMI-



DOMINA QUÆDAM COENOBII  
 Malbodiensis à Demonio possessa, magna  
 leuamen exderitur Cheruiam vsque  
 perducta, & tandem in ro-  
 tum liberatur.

## CAPVT. XLVIII.

**A**Nno eodem Magister Ioannes à  
 quinia, Canonicus Malbodiensis, & p-  
 ter confessorius cuiusdam Domine Mal-  
 bodiensis à Demonio obsele-  
 niens cum ipsa, fuis ab ipso ad Deum pecc-  
 in Ecclesia s. Guisleni, prosequatur in  
 ptum i. er versus Cheruiam non sine admi-  
 da difficultate & molestia, idque præcep-  
 accederent prope, vt dici solet, Nouam  
 Nam omissis plurimis alijs molestijs, de-  
 eo debilitatis & miseræ eam redegit  
 manitus loquendo, nullatenus videretur  
 se Cheruiam vsque pertingere, Quo tamen  
 bi peruenit non sine corporis & animi ang-  
 stia, qua maior vix dici possit, confestim  
 gnum suæ infirmitatis leuamen percipit,  
 die immediate sequenti, facta confessione  
 percepraq; sacra sinaxi hostiæ sanctissime  
 Malbodijs repetijt, nō ita grauiter vt antea  
 torta est: ibidemq; etiam participas sacre  
 munioni, in totū eam Diabolus deleruit,  
 aures miseræ emittens & conspectibus intus  
 tium obijciens veluti flammam ignis tali cum  
 stupor



stupore dictæ Dominæ, ut sine sensu, sine motu quasi emortua permaneret: sed statim postea ad se reuersa sibi que reddita, nullam exinde ab hoste passa est molestiam, Cui certam fidem fecit prædictus Dominus à Picqueniam, mensis Septembris anno supradicto: qui comitatus dicta domina multoties adhuc venit ad dictam ædiculam non ingrata gratiarum actione profecuturus Matrem misericordiæ, Virginem Mariam.

*PVERVLVS DVOBVS ANNIS OR-  
batus lumine oculorum, visum & lumen re-  
cipit, vbi parentes eius B. virginis se-  
ipsum deuouerunt peregrinos.*

CAPVT L.

**A**Nno supra millesimum 1589. Octobris, die penultimo, Isaias à Bougnia & Ioanna Motigenia Villici inhabitantes pagum Archianum, vbi ad ædiculam sanctam sanctè perueniunt, voti soluendi gratia facti in honorem Dei & benedictæ Virginis, potestati sunt quomodo eorum proles nomine Iacobus annos tres natus, cæcus fuerat duobus annis integris: sed simul atque pijs precibus confugerunt ad miserorum patronam, simul seipsum Cheruiam peregrinos deuouentes, puer, qui prius orbatus erat lumine oculorum visum recepit: vnde omni cum humilitate ei gratias acturi venerant.



MVLIER SEPTVAGENARIA A 40  
 annis paralytica, stupendo miraculo in integrum  
 sanitati restituitur, fundens preces ante  
 B. Virginis sacram ima-  
 ginem.

## CAP. LI.

**A**Nno eodem quo supra Dionisia Be-  
 thia septuagenaria ab annis viginti  
 quinque ita paralytica iacuerat, vt eam in pa-  
 uo sedili ad tres rotas volubili iacentem pe-  
 trahere necessarium foret in quemcunque  
 cum, in quo alij vellent eam repositam, vti  
 dere licet inspicienti suam tabellam. Cum au-  
 tem reuerenda Antifista Dononensis pios  
 grinationis ergo Cheruiam veniret duabus  
 religiosis comitata, instantibus ac multum  
 portunis precibus impetrauit vt curru impo-  
 neretur cum alijs Cheruiam aduchenda. Vbi  
 vero iuxta sacram ædiculam peruenit, ad te-  
 ram deposita fuit, & reptando manibus pete-  
 busque magno cum dolore se ipsam contra-  
 hendo, tandem peregit ad locum quo plura-  
 menti festum Pentecostes, in quem processio  
 diem incidebat processio (vt vocatur) peregrinatio-  
 norum, vbi tum videre erat concultum  
 magnum & turbam hominum copio-  
 sam. Vbi verò ibidem coram sancta imagine  
 spiritu gembunda pias fudit preces, subito  
 plene



plenè perfecteque conualuit: & ita quidem vt sine alterius operæ & subsidio currum conscenderit, & eodem ipso die venit Camberonam, pijs precibus ibidem oratura pijsissimam Dominam. Exindeque visa est postea in processione cum cereo, quem præ manibus gestabat, sequens clerum Valencenensem. Fuitque magno stupori Valencenatibus toti; ipsi civitati: omnibus scilicet eam tum conspicientibus recto gradu incedere planè sanam & à sua paralyti tam diuturna liberam, idque ætate affecta & decrepita. Vnde etiam ab eo tempore ter in anno Cheruiam venit pedes: quod & ad annum 1602. continuauit.

*MVLIER PER OCTENNIYM APO  
plexi morbo laborans ab eo subito liberatur  
ante imaginem Beate virginis  
transportata.*

CAPVT LII.

**P**Rædictum hoc miraculum hinc inde vnde quaque circa adiacentia Cheruiæ loca mirè diulgatum & in aures vulgi sanctè ita delatum permouit vxorem Petri Cautellijianitoris castri Bellolani, importunis precibus agere apud dominam Heroissam à Ligneâ, quatenus copiam illi daret vt curru Cheruiâ veheretur. Cuius petitioni ipsa facilis annuit, libenter ipsi ad suum vsum & obsequium ministrans equum, ea conditione, vt similiter

H 3

curri-



curriculum sibi procuraret, gratis ad vltimum  
mutuo datum. Vnde factum est vt feria quon-  
ta immediatè sequenti ad dictam ecclesiam  
peruenerit, vbi, mirabile dictu in instanti ab  
apoplexiæ morbo libertina euasit, quem  
per octennium torserat: & eodem ipso die  
uifere capit aliquos suos parentes & con-  
guineos Cheruiæ parochianos, eisdem enu-  
rans hoc miraculum: quod paulo post con-  
firmatum fuit noua attestatione proprii  
pastoris.

*ADOLASCENS LABORANS TIBIA  
quam in dicitur debeat secari audita missa  
sacello B. Mariæ Cheruiensis prout  
in integro scriptur.*

## CAPVT LIII.

**S** Vb idem tempus duo Patres Societatis  
sua Leodio Cheruiam venientes nuncu-  
uerunt pastori quendam adolescentem apud  
Leodienses ludimagistrum habuisse tibiam  
tantis ardoribus male affectam, vt medici  
iudicio illi præscindenda foret: eoq; res ab-  
uenerat vt Chirurgus ipse dictum in fruenti-  
strumēta coaptasset, quando ex improviso se  
obtulērunt dicti Patres, qui tantæ miseræ  
cōpassione permoti iuuenem sollicitauerunt  
se B. Virgini peregrinum deuoueret, Cherui-  
amq; venerationis ergo contenderet: eodem  
ritu



referentes quomodo ipsius intercessione quomodo ipsius intercessione quatuor dierum spatio parata forent duo insignia celeberrimaque miracula: prædictæ videlicet Dionisæ Berthæ & paralytici Baliolani: nam inde recenter remeabant. Quibus auditis miser subito remittit chirurgum, & maximis cum laboribus suscipit peregrinationē versus Cheruiam, quam spacio sex dierum compleuit, ubi missa audita redijt totus sanus ad propria. Quod idem postea pro certò etiam confirmatum quædam Leodiensis femina.

**PUVELLA NON SOLPENS VOTUM**  
patris defuncti, quod implere promiserat, morbo opprimitur, eo autem per soluto liberâ à morbo dimittitur.

CAP. LIV.

**I**ohannes Charletus Custos Aulæ Comitissæ Valecensis, scripto reliquit neptem suam patri suo iam morti proximo promississe se eius nomine adimpleruram quandâ peregrinationem ad B. Virginem in Cheruia, cui se voto obstrinxerat. Quâ nihilominus ipsa promissi in memor, postea implere neglexit. Quibusdam autē præterlapsis annis sana cum esset, imò vero etiam desponsata, vna cum cæteris amicis & paribus suis indixit certū diem ad celebrandū nuptiale cōuiuū verū ab illo ipso die cepit agitari dolore tibiæ, quo in dies

H 4      magis



magis ac magis ingrauescente, compulsa tandem tertio die decumbere, ita ut nulla affulgeret valetudinis recuperandæ, habens respectu ad tempus nuptijs antea præcedendum. Interea vero temporis venit illi in mentem se non satisfacisse promissis patris sui defuncti. Quam ob causam obnixè rogavit uinculum & amitam suam, ut promissam peregrinationem dignarentur eius nomine implere. Quod peregrinationis onus libenter suscipientes, & postea, opere completo Cheruiâ redeuntes, offenderunt neptem illis obuiam venientem corpore bene sanè optimè constituto. Quæ causa fuit absque la remora & dilatione temporis, certo reddendi diei ad nuptiale conuiuium decretum nato.

MVLIER SEX MENSIVM SPATIUM  
lumine oculorum destituta illuminatur, amita  
missa apud cheruiam in sacello  
B. Marie.

## CAPVT LV.

Vxor Michaelis Espringalij ex parochia  
Condati pagi Courbilsij dicti, cum per  
sex menses lumine oculorum orbata fuisse  
honorifice comitata Cheruiam aduenit ubi  
missa pie audita, sacras reliquias sancte deo-  
sculans in Insulariæ repositoio reconditas,  
absque mora fuit illuminata, solisque perie-  
cundis



Cundos radios iucundè & tota hilaris apertè  
est intuita. idque non minus quàm si nun-  
quam fuisset obcœcata. Contigit istud tum in  
eorum præsentia qui eam comitati fuerant,  
tum etiam coram magistro Ioanne Bouchier,  
& alijs

*HOMO NON VALENS INCEDERE,  
nisi admodum grauate, libere incedit audita  
missa in sacello B. Virginis.*

CAPVT LVI.

**A**Nno iterum eodem quo supra 1589.  
Maij die 21. Nicolaus à Puteo, hospes  
Regis Catholici habitans in via regia apud  
pagum qui vulgo dicitur Nimy non nisi ad-  
modum grauate, baculis insistendo, poterat  
incedere, Cum verò curru se Cheruiam vsque  
prouchi curasset, accidit, ipso pagum Lensen-  
sem egredeunte, tantopere cum animari &  
corroborari, vt de curru descendere non sic ve-  
ritus: & quo magis Cheruiam accedebat, eo  
etiam liberius & expeditius incedebat, sic vt  
suprà dictus pastor tempore sacrificij missæ  
conspexerit eundem baculos suos in manus  
insulariæ, quæ tum temporis præerat Cherui-  
ensi ædiculæ, hilariter deponentem. Quam  
ob causam missa peracta cum ad se euo-  
cauit, & supradicta ex proprio  
eius ore intellexit.

H 5

QVI.



## QVIDAM TIBIA GRAVITER LA-

borans conualescit, tibiam ceream B. vir-  
gini Cheruensi offeren-  
do.

## CAPVT LVII.

**A**Nno 1590, Petrus Copinus Vela-  
niae natus, & ibidem residens, cum ce-  
lam quandam intrasset vt vinum Tornac-  
militibus reportaret, ex inaduertentia alibi  
ad ipsius cellae gradus, tibiam grauiter offe-  
dit: quae breui temporis spacio triplo magis  
vltra crassitiem & conditionem suam natura-  
lem intumuit, sic vt extrema quaeque exinde  
pateretur absque vlla quiete (quam ne min-  
mam quidem capere poterat) & solaminis  
quidquid demum misera natura & naturalibus  
medijs emendicasset. Quae res illi cogit  
fuit tibiam ceream deuouendi, quae tibiam  
suam misere ita grauata & intumescens  
ipsa mole exprimeret: quam simul atque  
Cheruiam transmisisset, Beataeque Vir-  
gini ibidem obtulisset, illi-  
co conualuit.

IDEM



ER L  
3. vir.  
IDEM EODEM INCOMMODO DE-  
nuo oppressus, iterum sanitatis beneficio do-  
natur, confugiens ad eandem affli-  
ctorum patronam.

CAPVT LVIII.

ER nus Veli-  
es, cum ce-  
Tornac  
ntia ali die  
iter offe  
plo magi  
am natu  
que exi  
ne min  
solamur  
e natu  
illi can  
are tibia  
e scem  
mul atque  
ue Vir-  
Eodem anno, Septembris 8. die, cum simi-  
li casu in dicta tibia de nouo foret offen-  
sus, cumque per quindenae noctes quiescere  
non potuisset praedoloris acrimonia, tandem  
non sine graui labore & difficultate Cherui-  
am Vclania venit, caepitque meliuscule habe-  
re, ac per octauam ibidem deuote perseue-  
rando, denud, perfectam sine chirurgorum o-  
pera, recuperauit valetudinem. Sic in ipsius  
pastoris praesentia hanc rem confirmauit &  
comprobauit.

IVVENIS QUIDAM PERFECTE A  
paralyti liberatur, peregrinatione susce-  
pta ad beatam Virginem Ser-  
nensem.

CAPVT LIX.

IDEM  
ANNO 1593. Ioannes Gherinus annos  
natus 20. die sexto Septembris ia-  
cebat paralyticus in nosocomio Vallece-  
nensi, vt vocatur. Vbi autem in mense  
H 6 Iuano



Iunio proximè sequenti ex quadam famulatu  
 conciuue sua intellexit præclara miracula. Quod  
 Seruicæ perpetrare dignabatur suprema Dei  
 manus ad inuocationem gloriosæ matris eius,  
 decreuit apud se eo loci contendere, sed  
 cum non sine baculis graderetur, sapius eum  
 cum labi deprehendebatur. Quod dicta con-  
 ciuis sua animaduertens, nomine dicti patri-  
 tici seipsam deuouit peregrinam. Quæ ubi  
 dijsset, voto dictæ suæ peregrinationis com-  
 pleto, præfatus Gherinus, cepit paulatim  
 progredi, proprijs baculis insistendo: deinde  
 ipsemet personaliter peregrinum se fecit,  
 quamuis non sine grandi labore & molestia  
 nam in via cum esset, parum abfuit ut ipsius  
 res & spiritus in totum deficerent: præcæ-  
 inuocatione ad Virginem, afflictorum locum  
 rum asylum sese securè conuertens, proprio  
 experimento didicit sibi vires & animum re-  
 cintegrari; facillè peregrinationis suæ in-  
 donfecit, & vnum è baculis in ædicula depo-  
 suit, pleneque sanus factus est. 2. Octobris die  
 anni 1593.

RELIGIOSVS QUIDAM A MEDI-  
 co tanquam incurabilis proclamatus, voto B.  
 virgini emisso, confestim admodum stu-  
 pendè conualescit, loquitur  
 & cantat.

CAPVT LX.

AN-



**A**Nno 1594. in Maio Frater Petrus Ghou-  
drinus Dominicanus Vallecenensis  
Francofordiæ agens : repentinæ cuiusdam  
defluxionis violentia loquelam perdidit. Qui-  
dam autem celebris medicus Iudæus cum nõ  
potuisset omni artis suæ industria ei opem  
ferre, eundem, tanquam malo incurabili la-  
borantem deseruit. Istis cum opprimeretur  
angustijs, animum simul & cogitationes ere-  
xit, simulque direxit ad Matrem consolatio-  
nis, deuouens se Seruiæ peregrinum in sui no-  
minis honorem & debitum seruitium. Ores  
admiratione dignissima; voto namque emis-  
so confestim & loqui & cantari cæpit : & ita  
quidem, vt tertio die perfectæ valetudini re-  
stitutus fuerit non sine Prioris sui & Confra-  
trum maxima admiratione; & stupore vtpo-  
te qui ipsa experientia conuicti conspicerent  
eum tam, subito sanitate donatum, quem Iu-  
dæus tam celebris medicus & in sua arte ma-  
ximè expertus nullo modo iuuare potuerat  
spatio sex hebdomadarum. Ita propria manu  
conscriptum.

**RELIGIOSVS SERVIAM PROFE-**  
**ctus liberatur ab Hernie morbo, quo**  
**per 21. annos fuerat diue-**  
**xatus.**

**CAPVT LXI.**

**H 7**

**FRA;**



**F**Rater Franciscus Reussius nunc Vic  
gnia Prior ingentes Matri Dei prece  
gratias, eo quod Seruiam peregrinans liber  
tus fuerit ab Hernia morbo, quo 21. annis  
sictus fuerat, prout testatur sua tabella.

*MVLIER DVACENSIS PER  
menses grauior afflicta conualecit, sacro  
missa officio eius nomine apud Ser  
uiam facto.*

## CAPVT LXII.

**A**Nno 1598. Anno Bardoa Duacensis  
sancti Nicolai parocia per totos vnde  
cim menses magnis affecta fuit doloribus,  
quotidianis exhausta vomitibus, ex ore  
scosos ac visu horridos humores eiciens. At  
in his quidem nullum toto illo tempore  
cepit mali solatium ab arte & industria me  
dicorum quos adhibuit, adhibuit autem ple  
rimos, idque non sequebatur vnde quaque que  
res media tediosa infirmitatis suae expulsa.  
Hisce malorum angustijs exposita ad miseri  
cordia Matrem recurrentis, se Seruiam veni  
ram promisit, si sanaretur. In cuius rei com  
mationem 25. die Nouembris D. Catharina  
IESV, vi suo nomine factum faceret. Erat  
ab illo die liberata a vomitu paulatim conua  
luit. Vnde vt accepti beneficij se memorem



exhiberet, clauda licet, venit Seruiam pedes  
Calendis Iuuij subsequentis, & glorioſæ Vir-  
gini Dei Matri omni cum humilitate gratias  
egit.

**PVERVLVS MORTVVS ANTE-**  
quam natus vita & baptifmali gratia admo-  
dum miraculoſè donatur, Seruiam piè  
delatus, & ad B. virginis  
altare depositus.

CAPVT LXIII.

**A**Nno 1602. Decembris die II. filius Ni-  
colai à Planca mortuus antequam na-  
tus, Atho Seruiam delatus eſt: quem propter  
vrinæ emissionem Dominus Paſtor (qui hoc  
in negotio nihil præcipitanter agere confue-  
uit, ſed talia in menſura & pondere discreto-  
nis debitæ nouit metiri) auſus non fuit baptif-  
mi lauachro ablucere: imò ne quidem ad id  
præſtandum hoc motiuo potuit adduci, quod  
videlicet infans à plurimis viſus fuiſſet appo-  
ſuiſſe manum ad latus, in quo cordis ſedes eſt,  
veritus ne eiufmodi motus procederet à ſei-  
pſo. Verum quando terra vice vidit eum ad-  
perientem os ſuum, ſubitò eundem baptifa-  
uit, dato rei ſic tranſactæ fidelis teſtimonio.  
Dicitur autē Planquiſ à me interrogatus ſu-  
per quibusdam huiusce miraculi particulari-  
bus circumſtantijs, reſpondit vxorem ſuam,



impregnata cum esset, infantulum deo  
 Gloriosæ Virgini, cuius honor & gloria  
 uix deuotè recolitur; idque cum voto  
 regnandi prima data opportunitate, sua  
 scilicet atque debitum puerperij terminum  
 compleuisset. Eundem autem cum ipsa  
 set sine sensu, sine motu, vitæ scilicet  
 cio destitutum ac baptismi gratia priuatum  
 gemebundo spiritu lacrimabilique voce  
 uocare cæpit miserorum aduocatam, matrem  
 rum inquam, filiorum Adam: eius pietatem  
 & misericordiam implorans, simulque  
 nis ibi tum præsentibus obnixè petès, vt  
 la interposita mora, Seruicā deportaretur.  
 audito pater & quædam eiusdem commo-  
 pia cum resignatione & firma in Deum  
 infantem acceperunt frigidum, pallidum  
 omninò emortuū, eumq; sectū detulit  
 rùm simulatq; Seruicæ confinia attigete,  
 tibi calorem natium demonstrat ac color  
 rubicundum; & in vitæ maius argumetum  
 paruulum eius cor intra pectus suum reco-  
 ditum euidenter palpitare capit, exinde  
 puerulus ad altare depositus, manifesta  
 præ dictum est (præbuit vitæ indicia, præ-  
 te magna hominum turba. Votis peractis  
 precibus, Athumque illis remeantibus, in  
 in pallorem conuersus est: Vbi verò Seruicæ  
 sis ditionis limites egressi fuere, idem puer-  
 lus benedictam exhalauit animam. Matre



hæc prodigiosa & verè miraculosa nuncia  
aure non surda subintelligens, omni cum hu-  
militate, in gratiarum actionem, Dei & Virgi-  
nis matris laudes & præconia pie decantauit;  
dieque subsequenti eadem ipsa hora, qua eū-  
dem in hanc lucem ediderat, discessit è vita.  
Est autem homo iste Athi perquàm optimè  
notus, labore manuum suarum quæritans vi-  
ctum, & in sudore vultus sui vescēs pane suo,  
trina prole grauatus, quam ex vxore sua de-  
functa suscepit.

*Subsignatus testes me presente facto fuisse penè  
singula, quæ hic digeruntur ab anno 1576. & ve-  
ritate niti priora autem ex regeſto, quod asseruatur  
penes famulam sacelli fideliter excepta. In quorum  
robur addidi nomen meum & signum manuale die  
31. Octobris 1603.*

Ita est Ioannes Bouchy  
pastor Seruiensis oppidi,  
ac Theologiæ Licen-  
tius.

LIBER





**LIBER QUARTUS,** QVO COMPLEXA  
 VIDEBIS MIRACVLOSA O-  
 PERA CAMBERONAE B. VIR-  
 GINIS MERITIS EXHIBITA. per tertiam editionem  
 Gallicam superaddita ijs que tibi se-  
 cundo libro vidisti pro-  
 posita.



*Notabis hic beneuole Lector sub-  
 sequentia hęc miraculosa exem-  
 pla ad inuocationem Beatissimę  
 virginis, que apud Camberonam  
 magna est in ueneratione mira-  
 biliter patrata, ideo hic propo-  
 sita, quod ceteris iam per typographum penę ex-  
 eunt, eidem typographo liber quidam à viro grani obla-  
 tus fuerit per Fratrem Ioannem Farinart conu-  
 entus Camberonensis Priorem, ac S. Theologie Docto-  
 rem collectus & pro tertia editione adactus, qui  
 & postea anno millesimo sexcentesimo quarto  
 Montibus Hannonię gallico idiomate impressus, in  
 lucem est editus, hęc infra posita prodigiosa exem-  
 pla numero 68. complectens, vltra ea que duplici  
 editi.*



editione precedenti (quam huc vsque in secundo  
huius opusculi volumine secuti fueramus) contine-  
bantur. Ne ergo & ista tibi deessent, hic tibi, ad  
Dei Optimi Maximi, eiusque sanctissima Genitri-  
cis gloriam & honorem, proponuntur, quamuis or-  
dine transverso, & non ita congrua. Hac igitur, ita  
sequenti libello complexa & digesta pie mecum per-  
legito, ac Dei matrem, quam fieri potest deuotissi-  
me semper honorato, ut in vita obituque nostro, ac  
denique post mortem tibi mihi que semper adsit tan-  
quam misericordie Mater piissima, & miserorum  
aduocata potentissima; materno nos scilicet affectu  
conseruans ab omni mentis & corporis incommodo,  
& tandem eripiens ex hac lacrymarum valle,

ut eum IESU CHRISTO dilectis-

sima prole faciat sine fine requi-

escere in sanctissima

pace.

HOMO



**HOMO VIRIBVS PLANE EXHA-**  
*ustus, inuocata pijsime Virginis ope,*  
*subiò in integrum restituitur.*

## CAPVT I.

**H**omo quidam è Monstrolij partibus Anno 1326 ad iter scse accinxerat complura vota peregrinationis ergo persolurus, & in particulari Gessoriacensis seu Boloniensis, & ecce graui eaque repentina correptus infirmitate ita viribus exhaustus est, vt nec se ipsum mouere, nec in pedes stare posset. Sed quid faceret miser eo redactus angustia: vnicum illi residuum fuit perfugium vnicumque securitatis asylum, piè iuuocandi benedictam Virginem Mariam, quæ Camberonæ pro obsequio colitur ad suam imaginem per Iudæum perfidum dirè nimis cruentatam. O res plenamiraculo: vix enim orationem suam compleuerat, quando protinus desilire cæpit, & eodem ipso die adhuc sex miliaria confecit.

(::)

MVL



Mulier per annum a Dæmonio vexata mirificè liberatur, miro per  
B. virginem viso spectaculo.

CAPVT II.

**F**Aemina quædam Gerardi Montis, Athi  
residens per annum integrum atrociter à  
Dæmone vexata & oblecta fuit. Continuo eā  
torquebat, imò & eandem sollicitabat vt sibi  
ipsi violentas manus inferret: conspiciens au-  
tem rē malignis suis conatibus pro voto mi-  
nimè succedete, complures alios Dæmones  
assumpsit ad miseram magis magisque con-  
torquendam. Quibus cognitis vt eidem pia  
opera afflictae subueniretur, euocatus est sa-  
cerdos, qui S. Ioannis euangelium ad prædi-  
ctæ mulieris caput perlegeret. Dæmone verò  
sacerdotem contumelijs infestante, ei que, in-  
ter alia dicente vt ab ea recederet, vt potè, quæ  
in sua foret potestate, illa ipsa matrona con-  
spexit in instanti B. Virginem quasi è pariete  
prodeuntem, quæ se rabido cani infernali mi-  
sericordissimè opposuit, & ipsius superbum  
collum caputque pedibus conculcauit, sicque  
potenti manu sua miseram è Diaboli fauci-  
bus eripuit, vt quadraginta personis, & vltra,  
comitata Camberonam venerit, immensas  
illi actura gratias, cui se ipsum deuouerat, &  
cuius ope a Dæmonio libera euaserat.

HOMO



*HOMO QUIDAM EVIDENS EVADIT vitæ periculum ad Beate virginis invocationem.*

## CAPVT III.

**C**irca S. Guisleni partes famulum quædam fortuito euentu in fossa profunda ex qua carbones desumebat, terra penitus obrui contigit. Tali autem ac tanto expeditæ vitæ discrimini, pio corde piam Virginis imploravit opem, simulque Camberonæ sepius deuouit peregrinum casu quo contingeret ipsum incolumen euadere. Tam felicem ventis sortita est exitum pia eius oratio, ut cum multis alijs testibus Camberonam aduenire possimæ Domine gratias acturus, quæ eum eripuerat vitæ periculo, in quo misere fuerat prolapsus.

*QVIDAM E TURRI DESIL-  
ens nullatenus offenditur B. virginis  
ab eodem deuotè inuocata.*

## CAP. IV.

**H**omo quidam Valencis strictissime in quadam munitissima turri conclusus, vix seipsum B. Virgini Camberonensi peregrinum deuouerat, cum perfecta corporis & animi sui resignatione sub potenti fideique eius tutela, quando singulari animositate per-



fenestram absque vlla membrorum commi-  
nutione incolumis è turri præceps desiliit, &  
postea consequenter omni cum pietatis affe-  
ctu & gratiarum actione Camberonam ve-  
nit votum peregrinationis persoluturus.

*MYLIER PERICVLOSE INTVMES-  
cens à tumore subleuatur, voto ab eadem  
B. virgini facto.*

CAPVT V.

**G**Andensis quædam mulier ita pericu-  
losè toto corpore intumuerat, vt nec  
chirurgus nec medicus occurreret, qui ei ali-  
quid solaminis adferre posset. Extremè anxia  
vixerat, promisit voto Camberonam venire:  
& ecce nocte immediatè subsequenti à mor-  
bo liberata fuit, tumore diminutiuo ad quar-  
tam partem cum media vnius vlnæ, respecti-  
uè ad zonam propriam, qua communiter  
præcingebatur. Eoque accepto beneficio, ve-  
nit statim postea ante imaginem Beatæ  
Virginis Camberonæ sauciatam,  
vt eidem quas posset re-  
ferret gratias.

VIR



**VIR ET VXOR MIRABILITER**  
sanati, voto ad Beatam Virgini-  
nem confugientes.

## CAPVT VI.

**H**Omo quidam è Barbenconio ori-  
tus, à multo iam tempore oculorum  
lumine orbatus cum esset, cumque vxor eius  
idem grauiter podagris infestaretur, ambo simul  
idem tempus sese B. Virginis Camberonensis  
fecere peregrinos: & ecce in eodem instanti  
homo ille, lumine oculorum ei restituro, con-  
spexit vicinum pertranseuntem viam suam,  
quem & agnoscens proprio nomine salute-  
uit: Vxor pariter experta est se omnimodè à  
morbi molestijs subleuatam, & vnà ex suis ve-  
cenis sub idem tempus à febribus est liberata

**TRES PERSONAE A DIVERSIS**  
vitiis periculis diuersimodè liberantur ad  
Beate Virginis invocationem.

## CAPVT VII.

**M**ulier quædam è Gourdinia, nec non  
& eius filia sturmax morbo infesta se-  
se peregrinas apud Camberonam magno cū  
deuotionis affectu deuouerunt, & filia tribus  
diebus post ab emissionem voti plenè in inte-  
grum sibi est restituta. Vbi verò vota sua fide-  
liter reddidère, mater beneficij tanti per filia  
acce-



accepti permota pia memoria, denuò se voto  
fecit peregrinam propter mariti sui sanitatem  
conseruandam, qui singulis annis, idque mē-  
sis Augusti tempore, quo sibi & familiæ a-  
lenda media procurare debebat, in morbum  
incidebat, & præ morbi grauamine in lecto  
decumbere illum necessitas perurgebat. Piam  
matronam minimè sefellit spes qua ablacta-  
batur: etenim maritus tale inde in posterum  
in se expertus est naturæ leuamen, vt nun-  
quam eum ægritudo peruasit tempore soli-  
to. Interim sine mora soluit peregrinationis  
votum vna sua consanguinea comite, quæ  
maritum suum carceris stricta admodum cus-  
todia conclusum habebat, eoque miserarū  
deuenerat, vt torturæ iam expositus fuisset.  
Dicta autem eius consanguinea deuouit se  
peregrinam apud Camberonam, & nocte  
sublequente percepit bonus vir quemdam  
fulgorem intra carceris triste receptaculum,  
simulque faminam linteis candidis indu-  
tam, cuius pia ope sanctoque subsidio con-  
fessim liberatus fuit, ac libertate donatus.

*HOMO MENTE ET CORPORE IM-  
potens sibi plenè redditur, voto per vxo-  
rem beatæ virginis Camberonen-  
si emisso.*

CAPVT VIII.

I

GAN-



**G**Andensis quædam mulier Camberonensem, qui cum ab Ecclesia Metropolitana B. Mariæ ad sancti Gaugerici templum se transferret, à venti turbine percussus fuit, qui eum à renibus ad pedes vsque viribus impotentem fecit, & ita sana mente & sensibus priuauit, vt vxorem verberibus contunderet, nec non & alios qui accedebant ad eam. Pia vxor eum B. Virgini Camberonensi, deuotè peregrinum, & mora nulla interposita lenitati mentis & corporis restitutus est, baculos à se abiecit, & peregrinatione pie cõfecit.

*INFANS SUPERAT MORTIS PERICULUM, vbi eum mater virgini matri fecit peregrinum.*

## CAPVT IX.

**I**N pago quodam cui Villarium Dominici Nicolai nomen est, infans quidam incommodè admodum in cunis iaceas, clamoribus matrem ad se euocauit, vt eius aduicem matrem aliquid ab eâ solaminis acciperet: verum illa alijs intenta, pueri clamoras voces parumper pendit. Interea brachia sua quo posuit modo à cunabulis subtraxit, ideoque violenter se ipsum hinc inde agitare cõpit, vt quibusdam linteaminibus quibus circumuolebatur cõuenienter



uicem sibi contorsit, planeque extinctus ac suffocatus videbatur. Rebus ita se habentibus superuenit Mater, tristeque hoc spectaculum intuita, velut attonita sine voce, sine sensu quid diceret non habebat, quoad usque sibi sensibusque reddita, tota gembunda exclamauit, dicens: O Mater Dei gloriosa Virgo Maria Camberonensis mihi filiolum meum restitue. Voto peregrinus tuus erit, & ego patier cum illo. Hisce editis vocibus è cunis excepit infantem: vbi verò sibi restitutus est, balneum paratū est in quo lauaretur, quod nihilominus ferre minimè voluit, sed è contra proprijs vestimentis indui postulauit, & sine mora euolauit ad pueros sibi coartaneos, ad colludendum cum eis in publicis vicis & plateis. Breuiter pater & mater nullam moram fecerunt persoluendi votum iam ab eis emissum, simulque minimè prætermiserunt palmam & vbiq; de prædicare beneficium, gratæque solatium, quod, interuentu Benedictæ Virginis, acceperant per filioli incolumitatem.

INFANS A CALCULO LIBERATUR per Matrem Beatæ virginis commendatus.

CAPVT X.

I 2

Niuc-



**N**iuensis quædã mulier chirurgũ iã emiserat ad infecandũ filiũ, quando in miseratione in ipsum commotus, cum B. Virgini Camberonensi deuouit, & subito infans lapillum emisit, qui ipsum cruciabat: & consequenter deduxit eum mater ante imaginem à perfido Iudæo perfidẽ cruentatam.

*HOMO QUIDAM ADMIRANDI  
modis iterum iterumque à B. virgine libera-  
ratur ab infirmitate & maligno  
Demone.*

## CAPVT XI.

**H**omo de Vallecuria & generatione  
Hugo Camberonam venit, vbi coram  
neuitæ Virginis imagine ac in præsentia  
tius conuentus affirmavit se die quodam  
admodum inflammatum ad verba quædam  
quæ ipsi relata fuerant, lectum & quietem  
tuisse in flagranti sua cholera, intermisso  
cis signaculo. Eum verò malignus spiritus  
subito inter scapulas arripuit, talique impetu  
in eundem irruit, & quasi taurus quidam  
bundus clamores & mugitus homo miser  
deret, quo ad vsque dirus aduersarius illi  
nus in os immitteret, talique violentia ipsius  
labia comprimeret & conroqueret, vt ultra  
vociferari nequiret. Homo confestim admi-  
rando timore correptus ad B. Virginem Cam-  
bero-



beronensem pie cōfugit, totoque cordis medullitio seipsum illi deuouit, ad id pia memoria permotus, quod aliàs sanctæ eius commiserationis experimentum fecerat in brachij sanatione, quod nullatenus mouere poterat. Hoc autem infortunio grauatus cum esset, benedictæ Virginis piam implorauit opem, cumque die quadam super quendam lapidem inter Tornacum & Camberonam sitū requisisset, simul atque euigilauit à somno ac in pedes stetit, à brachij incommoditate sese deprehendit immunem & liberum: intereaque temporis quo in ipso cœnobio canticū quoddam in gratiarum actionem decantabatur, is qui tali beneficio donatus fuerat, uidit vnam ex imaginis cicatibus mirum in modum adaperiri: quam ob causam seipsum in singulos annos deuouit peregrinum. In dicto autem extremo miraculo, toto conuentu presente iurauit in animam suam, quod piissimæ Virginis pia implorando suffragia, mulierem quandam ad modum imaginis Camberonensis sauciam viderit ad se descendere, quæ demonem sua abegit præsentia, sicque perfectæ redditus est sanitati.



HOMO IN MARI DE VITA PER  
 rislitans ad locum tranquillum perducitur,  
 inuocata virginis ope.

## CAPVT XII.

**I**oannes Barbierès Reginae Anglicanae  
 bicen intra marinos fluctus & vndas  
 uigans, tale cum pluribus alijs subijt vi-  
 scrimen, vt nulla subesset spes ne vnum quod-  
 dem ex centum, qui illi aderant, restante ve-  
 to, portum felicem tenere posse. Naui quippe  
 eorum in arenam ventorum vi deiecta in  
 eidem adhæserat, vt nec vltro nec retroce-  
 re posset: Cui & illud accedebat incommodum,  
 quod illis omnino deficeret commercium. Quo-  
 niam illis ergo hisce angustijs constituti cum  
 essent, Ioannes recordatus est imaginis, qua  
 magnam habet Camberonæ venerationem,  
 pioque cordis affectu implorata ab ipso  
 gloriosa Virginis Mariæ, despumantes flu-  
 ctus maris suo fluxu confestim interuenit,  
 qui nauem optatum in locum & tranquillum  
 portum transtulere.

PERVVLVS AD MILLE PASSVS  
 & ultra supernatans aquis, incolumis eue-  
 dit, patre & matre eum Beatae vir-  
 gini deuotentibus.

## CAPVT XIII.

Mili



**M**ulier quædam à Gagia venerationis  
ergo Camberonam aduenit, vbi in  
totius conuentus presentia pro certo affirma-  
uit infantulum suum in Buchiniensem fluui-  
um miserè delapsum, postea verò ad aquæ de-  
cursum ultra milliare raptum, indeque sanū  
& incolumem extractum, vbi maritus cum  
ipsa voto eum fecisset eo loci peregrinum.

**AD B. VIRGINIS INVOCATIONEM**

*duarum mulierum innocentia comprobatur,*

*& fur tanquam facti reus con-  
demnatur.*

**CAPVT XIV.**

**M**ulieres duæ, mater & filia, è Monti-  
bus Hannoniæ Camberonam vene-  
runt, vt magna cum animi deuotione benedi-  
ctæ Virgini Mariæ meritas gratias & laudes  
referrent. Retulit porro mater latrones bina  
vice suffuratos in ædibus filiæ, prima vice af-  
tes triginta, vice altera tredecim florenos cū  
pluribus monilibus, fure semper latente & in-  
cognito. Interea temporis vna ex vicinis, ma-  
ter scilicet eius qui facti reus erat, accusabat  
matrem iunioris fæminæ, cui res furtiuè  
erat ablata. Quam ob causam dicta ma-  
trona, vt erat innocens, non mediocriter  
commota, iraque succensa, donec pia memo-  
ria animum piè reuocans Beatam Virgi-



nem Camberonensem, verum ac solidum desolatorum solatium & patrocinium, ad eam confugit, deuotè expetens vt eam citissimè dignaretur adiuuare, & ab infamiae labe expurgare, quæ illi contra omnem acquiratam falsò imponeretur, & cum in finem se ipsam illi in futurum deuouerat peregrinam. Non fuit frustranea eius oratio, neque vlllo modo passa est repulsam supplex & iusta eius petitione filius siquidem vicinæ paulò post ob debitum apprehensus, tum etiam quia mortem intenterasset mulieri spoliatae, & eius marito tandem aliquando se furti antedicti reum agnouit, ratione cuius & vitam perdidit, sicque prædictæ duæ mulieres euaserunt incolumes, benedicta Virgine Maria adiutrice.

*AD EIVSDEM INVOCATIONEM  
captiuus quidam libertate donatur.*

CAPVT XV.

**Q**uidam Baillonanus minor natu per Saracenos in carcerem & vincula aëritate coniectus, voto se B. Virgini Camberonensi fecit peregrinum, & consecutiue magna cum animi læticia & alacritate carceris molestias euasit, prout ipsemet retulit.



**QVIDAM AD B. VIRGINEM**  
peregrinatione facta à duplici tu-  
more liberatur.

**CAPVT XVI.**

**I**oannes Beauregard Brugeleti incola du-  
plici tumore affirmavit se malè affectum,  
quo sibi persuadebat morte subita vitam auf-  
ferendam. In tali autem vitæ discrimine B. V.  
Camberonensi seipsum deuouit peregrinum,  
à tribus mulierculis, quæ ipsi inserviebant,  
expetens, vt ei peregrinãti assisterent, & quod  
earum nomine pia donaria sacrasque oblati-  
ones ære proprio persolueret, quemadmodũ  
se ipsa præstitit, sicque totus conualuit.

**QVIDAM MORTIS EVADIT**  
periculum, matre ipsum B. Virginis  
deuouente.

**CAPVT XVII.**

**I**oannes VVastelius in trapeto nostro ha-  
bitans, cum morte colluctabatur, iamque  
oculos suos miserè hinc inde vertèdo contor-  
quebat, manibus ceterum lustralem gestans,  
quando mater eius ipsum B. Virgini Cambe-  
ronensi deuotissimè deuouens, ita sibi in in-  
tegrum restitutus est, vt die subsequenti sacel-  
lum eius visitauerit in gratiarum actionem.

I s acc



nec non vt eidem pium aliquod obsequium exhiberet.

**MARITVS ET VXOR MIRABILITER à morte præsèruantur, vota Beatae virginis facta.**

**CAPVT XVIII.**

**D**VO coniugati magno cum feruore & animi deuotione Camberonam nauibus venerant. Maritus narrabat se in strage cædeque grauissima, quæ in Anglia facta est, à die sacramenti ad diem vsque sabati subsequenti, cum plurimis alijs intra colloquias latitasse non sine extremo vitæ periculo. Interea namque temporis sapius audire hostem conscendere gradus loci in quolabant, eos, ad necem quærentem. Quam ob causam iam extremum vale vxori dederat, ubi quacunque hora persuadens se ad mortem pro certo raptandum, quando spiritu diuino instigatus & monitus feruidè admodum. Virgini Camberonensi seipsum fecit peregrinum, promittens vbi mare transisset nauem se carnibus vesciturum, nisi primo reliculam suam visitasset. Vbi autem eò venit, affirmavit se illa ipsa hora, qua putabat se ferro impiorum necandum, Virginem benedictam vidisse, quæ, vt ipsi videbatur, eum proprio suo pallio inuoluit, sicque seruauit.

NAT.



**NAVIA INTER MAXIMOS FLV-**  
*sus de vita periclitans, ad portum felici-*  
*citer deducitur, voto B. vir-*  
*gini facto.*

CAPVT XIX.

**N**auta quidam e Flandriae partibus ori-  
undus cum summo vitae periculo ma-  
ximis fluctibus & vndis exagitatus fuit, quo  
vsque ad piam dominam Camberonae sum-  
mo honore habitam confugiens, voto pro-  
misit se eo venerationis ergo venturum, &  
ad dignas eidem gratias exoluendas, casu  
quo dignaretur ei esse subsidio, ac ad felicem  
portum perducere, imò, quod plus est, à car-  
nibus abstineret quousque votum re ipsa cõ-  
pleffet, sicque à periculo liber euasit.

**MVLIER EVIDENS VITAE PE-**  
*riculum superat, Beatae virgini mirabi-*  
*liter succurrente.*

CAPVT XX.

**V**Xor Ioannis VVastelij Montibus redi-  
ens, cum insideret equo nimia ferocita-  
te indomito, in terram deiecta est iuxta Lésen-  
se nosocomium, & inde summa violentia  
pertracta ad locum vsq; nostrum paribulariũ  
Camberonensem expeditibus eius vno adha-  
rescente cremasteri ephippiario. Totum eius



corpus fuit vulneribus vnde quaque confectum misereque conquassatum & contritum quod quasi emortuum in proprias eius ades est delatum, vbi duobus diebus integris videntem que noctibus permansit, mulier sine potu ciboque, ac sensibus destituta. Sibi autem restituta narravit eo ipso instanti, quo ex quo collapsa est, se supplicem B. Virginem Camberonensem exorasse, ac seipsam eidem deuouisse, quæ felici cum exitu ei praesto fuit nam vbi equus per medias spinas, arborum truncos, fentes & sepes penetratus erat, cecidit maffer planè recessus fractus est: quo factum est, ut diuinitus maiora superaret vitæ discrimina, minimoque temporis spacio inter ceteros penitus conualuit.

*IUVENCVLVS QVIDAM A GRA  
ui infortunio, quod per ignem incurerat,  
liberatur, B. virgini per matrem  
voto emisso.*

## CAPVT XXI.

**V**Xor Iacobi Capronij à Gagja filium habebat Ioannis nomine, qui in primis pueritiæ annis præcipiti casu in ignem prolapsus est, vnde in flamma tantum reportauit detrimenti, ut quasi lumine oculorum exinde foret miserè orbatus, Simulatque ve-



ro mater eius ipsum B. Virgini Camberonen-  
si deuotum peregrinum, visum cum pristina sa-  
nitate recepit. Postea relictis parentibus, ipsi-  
que etiam inuitis in alienas terras, easque  
longinquas, peregrinationis ergo transtulit.  
Eius autem absentiae mater plurimum con-  
dolens, non sine lacrimis ad B. Virginem con-  
fugiens eius opem suppliciter expeuit, tanta-  
que instantia eandem inuocauit, vt tandem,  
diuina disponente prouidentia, acciderit mu-  
lierem quandam occurrisse adolescenti, si-  
mulque eum monuisse vt sine mora ad ma-  
trem rediret, quae eius causa assiduas funde-  
bat lacrimas. Adolescens faeminam minime  
agnoscens respondit se orphanum, nihilomi-  
nus tamen ad propria rediit, ubi per septenni-  
um in alienas terras migrarat. Ad reditum  
autem eius pia mater tota exhilarata, eundem  
ad aediculam miraculosam Camberonensem  
lata deduxit, secum deferens cereum dua-  
rum librarum pondere cum vno quadrante,  
filiumque suum voto fecit eidem peregrin-  
um.

RELIGIOSVS QVIDAM MANV  
fere paralyticus sanatur ad B. virgi-  
nem voto confugiens.

CAPVT XXII.

I 7 FRA



**F**rater Lambertus ita intumescens & miserè affectam sinistram gestabat manum. vt ignorans quo sibi vltra vtendum foret remedio, permiserit chirurgo eam incidere, & de facto carnis non minimas particular præscidit: sed inde nullum sensit doloris, quo premebatur, leuamen. Cum ergo eores deuouisset, vt manus suæ vsu se penitus priuandū existimaret, ad gloriosam Virginem, que hic in honore est, extremum perfugium habuit, ac, seipsum illi piè deuouendo, manum ceream promisit, & illicò sanus factus est.

*MVLIER PEDIBVS PARALYTICA  
vires pristinas resumit, voto eidem  
piè facto.*

CAPVT XXIII.

**I**dem frater Lambertus affirmabat se famam quamdam vidisse ex Theusia, ad eò præ morbi grauitate viribus impotentem, vt in pedes stare nullatenus posset. Quod ipsam permouit vt voto peregrinam se faceret B. Virgini Camberonensi cum oblatione duarum tiliarum cerearum, sicque protinus corroborata ac etiam sanata est.

IVVE



**IUVENIS IN TOTVM PARALY-**  
*ticus à paralyfi liberatur B. virginis fa-*  
*ctus peregrinus.*

CAPVT XXIV.

**F**ilius Iacobi Pontani molitoris omniuna  
membrorum paralyfi correptus, vbi B.  
Virginis Camberonensis factus est peregrin-  
us, subito eorundem membrorum promptū  
& expeditum recepit vsum.

**IUVENCULA INGENTI MIRA-**  
*culo reuocatur ad vitam per B. virginis*  
*innocationem.*

CAP. XXV.

**S**alomon Lorunierus casu filiulam Cam-  
bier annos duos natam in dolio aquis re-  
fecto, eoque in terra reposito comperit. Ipsa  
autem in illud capite prono corruente, dela-  
psa est: eamque iam emortuam idem Salo-  
mon ad matrem detulit. Quid faceret mulier  
misera talibus animæ angustijs exposita? Pri-  
mum, præcipuumque eius perfugium fuit ma-  
gno cum vlulatu & ploratu mestissimum fi-  
liæ infortunium deplorare: quo in luctuoso  
statu continuauit donec vicinis suis viris &  
feminis, deuotissimè B. Virginis Cambero-  
nensis opem expostulasset, quo facto filiola  
sensus expers & vitæ non sine grandi miracu-  
lo respirauit ad vitam.

AD O



*ADOLESCENS QUIDAM ADMIRANDO modo vite admirandum euadit periculum ad B. Virginis inuocationem.*

## CAPVT XXVI.

**M**ulti è pagis Camberonæ S. Vincentii & Lombisij suo testimonio confirmant filium Ioannis le Beausite, vbi campanile conscendit, vt (campanæ cuiusdam cordellam con fractam noua ligatura repararet) tam præcipiti casu pronum ex emineatione loco super ecclesiæ pauimentum corruisse, vt haberetur pro mortuo. Nihilominus qui cum præsentibus aderant B. Virginis Camberonensis pium inuocarunt subsidium, sicq; male fortunatus homo sibi redditus est, ac subito amissam recuperauit sanitatem.

*HOMO QUIDAM GRAUIA SPERATA infortunia ad eiusdem inuocationem.*

## CAPVT XXVII.

**C**uius quidam Sclufanus cum alijs suis socijs cuiusdam nauis iacturam fecit avari absorptæ cum vnico homine & sexcentis vini dolijs. Erant autem huic eidem ciui adhuc tres aliæ nauiculæ quæ maiorem, & capitalem concomitabantur: cumq; suum hoc naufragium quod fecerat illi foret denunciatum, vouit se carnibus nõ vesciturum, nisi prius B. Virginem Camberonensem uisitallet, fau-



taq; nuncia audisset trium suarum nauicularum, nec non & aliarum trium, quas Orientē versus habebat. Eo ipso die, tribus prioribus ad felicem portum appulsis, peregrinationem quam vouerat non distulit, secum nauiculam quandam argenteam deferens, quæ ante imaginem à Iudeo sauciatam appensa fuit. Vice altera cū ignis ira ædes eius peruasisset, ut etiam fenestræ præ flamma vicina exardescerent domum suam B. Virgini deuouit, cæteris ab eo derelictis. A reditu autem suo cum aduertisset nihil ab igne deuastatum præter id quod in suo discessu ignis flammavastabat, domum argenteam postea secum tulit, & B. Virgini eandem obtulit.

CONVERSUS QUIDAM GRAVE IDQUE  
duplex à se depellit infortunium, eadem  
Virginis ope.

CAPVT XXVIII.

**F**Rater Ioannes Gregorius nostri huius  
cœnobij cōuersus euigilans à sumnoque  
fuerat in agro oppressus tam immodera tam  
artuum membrorumque suorum extensionē  
passus est, ut herniæ morbo miserè fuerit di-  
uexatus. Hoc autem lugubri & inopinato ca-  
su exagitatus protinus oculos versus B. Virgi-  
nis ædiculam coniecit, eiusdemq; piam operam  
piè implorauit, & quemadmodum in instanti  
fuerat



fuerat offensus, ita & in instanti in integrum fuit restitutus. Vice altera, curram ipso conscendente, vna ex rotistali impetu super tribus suas collapsa est, vt retrosum corruens nihil nisi mortem sibi promitteret, donec, gloriose Virginis inuocata adiutrice manu, surrexit sanus.

*RELIGIOSVS A VARIIS LANGORIBUS liberatur deuotè ad B. Virginem recurrens.*

## CAPVT XXIX.

**D**omnus Aegidius Herinus varijs infirmitatibus diuexatus, singulariter autè calculo laborans, peracutos dolores patiebatur, nullum ab hominibus expectans in firmitatis sue remedium Tandem B. Virgini Camberoniensi se ipsum deuouit & paulo post confirmatus ac sanitati fuit restitutus.

*NOTA SUBSEQUENTIA, VT INTELLIGAS quo anno vel tempore miracula precedentia, cum pluribus alijs hoc capite generatim tantummodò propositis, patrata fuerint.*

## CAPVT XXX.

**P**ius hic idem religiosus huius conuentus professus in maiori primariaque ecclesia sepulturam accepit, idque in sacello Beate Virg-



Virginis, ut ex marmore, qui eiusdem tumu-  
 lum operit, colligere est, diem extremum o-  
 bijt anno 1410. Miraculum autem hoc quod  
 ipsi accidit ( prout ex marmore qui immedia-  
 te subsequitur probabiliter conijci potest )  
 perpetratum esse potuit anno 1396. vel 1397.  
 septuaginta videlicet annis à duello generosi  
 militis contra Iudæum felicissimè initi. Ab  
 anno siquidem duelli 1326. ad annum vsque  
 1398. omnia superius conscripta & memora-  
 ta miracula cum alijs propemodum infinitis  
 ( quod videlicet foeminae complures in puer-  
 perij angustijs proclamatae à mali praesuris fu-  
 erint exemptae quod plurimi infantuli mor-  
 tui in hanc lucem editi, ad vitam reuocati,  
 baptisatiq; fuerint, & alij quamplurimi ocu-  
 lorum, aurium, brachiorum, tibiarum, alio-  
 rumq; membrorum infirmitatibus grauati,  
 quos breuitatis causa hic lubens praetermissi,  
 ad inuocationem gloriosissimae Virginis in  
 integrum fuerunt restituti ) patrata debent  
 intelligi: Nam in nullo eorum vsque ad im-  
 mediate subsequens exemplum, tempus quo  
 determinatè acciderunt, annotatum est, ve-  
 rum solummodo dicitur ea accidisse  
 eodem anno vel saltem  
 tempore.

QVI-



**Q**UIDAM DIPTINO MORBO LABO-  
rans diuinitus nronitus vt B. Virginis subsidium pe-  
teret, mox sanatur, vbi illud ipsum  
opere prestuit.

## CAPVT XXXI.

**A**Nno supra millesimum 398. compla-  
res pij & bone fidei homines attestati  
sunt Ioannē Demestrium triginta duarū heb-  
domadarū spacio graui morbo detentum fuisse,  
se, sui que morbi tertio recidiuam passum, cau-  
dem que diuinitus admonitum vt ad B. Virgi-  
nem Camberonensem pijs votis confugeret  
casu quo sibi succurri peroptaret. Quod vix  
opere compleuerat, & ecce, mirabile dictu, ip-  
sa feria secunda Pentecostes plene miser con-  
ualuit.

**Q**UIDAM DINASTA SANATVS  
vbi Camberonam venit.

## CAP. XXXII.

**D**Omin' de Ligne graui morbo oppres-  
sus cum esset, venerationis ergo huc ad  
gloriosā Virginem venit & sanitatem re-  
cepit. in cuius rei piam gratamq; me-  
moriam, cortinas sanctæ adi-  
culæ pio donario  
obtulit.

Mist



MVLIER IN GRAVISSIMO VITAE  
discrimen adducta praeservatur ad B. Virginis  
inuocationem.

CAPVT XXXIII.

**A**Nno supra millesimum 406. Captiuus quidam traditus uxori philacista seu custodis carceris Multiensis, vt eum sub poena mille coronatorum fideliter custodiret, aded subtiliter suas partes egit, vt carceres cofregerit, & postea in quoddam diuersorium sese cla receperit, tum ad corpus cibo reficiendum, tum etiam vt noctem praestolaretur, sub cuius medijs istque densis tenebris commodius vitae consulere posset, fuga salutem quaerendo. Domifella huius rei admonita per eos qui cibos, vt putabant, captiuo deferbant, extremis se tristitia angustijs confecit, & tam studiose eum vndequaque perquisiuit, vt enusquam inuento, in genua, super scamnum eiusdem hospitij, in quo latebat, ruerit omnium deuotionis affectu benedictam Virginem inuocando, vt sibi piam opem ferre dignaretur. Captiuus autem, prout ipsa mulier postea enarrauit, sub eodem scamno delitescens cultrum in manibus gestans ad eam iugulandum: quod & re ipsa praestitisset, nisi per B. Virginis inuocationem ad id impotens fuisset affectus omnibus destitutus viribus, quemadmodum ille postea ore proprio rem totam fassus.



ius est. Matrona autem illa in gratiarum actionem Camberonam venit peregrinationis ergo, secū deferens & offerens marcam argenteam; cunctaque fideliter retulit quæ ipsi aciderant.

**IVVENCVLVS IN MORTIS PERICULO constitutus mortis euadit periculum, ubi eum parentes B. Virgini deuouerunt.**

CAPVT. XXXIIII.

**A**NNO 1407. filius Iacobi Dourielliet ciuitate Mainvaut oriundus acum deglutuit, quæ die noctuque tanto cum dolore in eius resedit corpore, vt sanguinem copiosè nimis emittens parum abesset quin ad extrema vitæ perductus spiritum exhalaret. Pater & mater tam miserum casum summo pere lugabant, donec eum toto vitæ suæ tempore B. Virgini Camberonensi peregrinum deuouentes, acum deorsum emisit per partes inferiores, sicque sanus effectus est.

Malier



**MVLIER A PARTV DIVVRNO**  
*liberatur, vbi B. Virginis imploravit opem.*

CAP. XXXV.

**V**xor Henrici Brongnartijà Goudreg-  
ma partus acutissimos dolores per  
tres hebdomadas sustinens, nec tamen partu-  
riens, benedictæ Virginis piam imploravit  
opem, statimque liberata est, & infans sacro  
baptismatis lauachro ablutus, quamuis fate-  
retur se per dies tres dumtaxat eum viuum in  
vtero gestasse.

**HOMO MISERRIME CORPORE**  
*contritus in integrum restituitur voto B. Vir-  
gini piè emisso.*

CAPVT XXXVI.

**E**odem anno quo supra Ioānes Formon-  
tius quercum vnam secabat, quæ tanto  
impetu in ipsum corruit, sicque tibias suas  
aliasque corporis partes contriuit, vt in propri-  
as eius ædes toto corpore contusus & veluti  
emortuus sit deportatus. Hoc misero in statu  
die integro perseverauit, donec sub vesperum  
sibi sensibusque suis paululū restitutus ex toto  
cordis medullitio seipsum deuouit gloriosæ  
Virginis Mariæ, quæ apud Camberonam max-  
imo est in honore, voto insuper promittens  
se quotannis toto vitæ suæ decursu suū fore  
pere-



peregrinum, modò ad id praestandum illi vires  
& sanitatem suppeteret. Ab illa autem hora &  
loqui & meliusculè habere cepit, adeoque pro-  
sperè & feliciter res illi successit, vt plenè tan-  
dem conualuerit.

*QUATUOR PERSONAE MISERRIME  
afflictae admodum miraculose liberantur per  
misericordiam matrem.*

CAPVT XXXVII.

**C**on similem in modum filius l' Amou-  
ral ab Herchia à l'ògo tēpore obcaecatus  
in aedícula B. Mariæ fuit illuminatus. Et filia  
dynastæ & heroissæ ab Andregnia liberata fu-  
it à morbo tam graui & infesto, vt stomachus  
omnes planè cibos respueret. Filius insuper Go-  
rardi à Lombiso sine lucis v'sura in lucem edu-  
tus, voto factus est peregrinus, & continè  
vitæ accepit vsuram ac benè sanus in aedícula  
sanctam sanctè fuit deportatus. Item Ioannes  
à Euria ex Estinna oriundus in morbum adeò  
grauem incidit, vt sensibus omnibus deperdi-  
tis cum parentes B. Virgini deuouerint peregrini-  
um: & paulò pòst incolumitate potitus ad  
præfatam aedículam venit, peregrinationis  
votum piè redditurus.

*QUIDAM AB APOPLEXIA LIBE-  
ratur, voto B. Virgini facto.*



CAPVT XXXVIII.

**A**NNO supra millesimum 410. Ioannes Pontanus sartor habitans Gandavum extra domum vrinam faciens in appoplexiam incidit, & quasi sensus & vitæ expers in proprias ædes fuit deportatus. Nihilominus ipso paulò post paululum balbutiente ac voces imperfectas proferente, omnibus annis vitæ suæ sanctè promisit se Camberonam peregrinationis ergo venturum: & ecce subito corroboratus est, sanusq; ac incolumis se vitæ peregrinaturus commisit.

*HOMO TIBIIS SUMMOPERE LABORANS sibi integrè restituitur, implorata virginis ope.*

CAP. XXXIX.

**A**NNO 1411. Ioanni Vesonio cuius Tornacensi tantopere dolabant tibiæ, ut is incedere nullatenus valens emitteret voces feminae parturientis non dissimiles. Doloribus hisce acutissimis oppressus cum esset, à Duce Brabantiae cui in arte venandi inserviebat, accepit litteras, quibus illi mandabatur canes leporatios conquirere in locis à Tornaco octo miliaribus distitis. Imploratum tum temporis opem gloriosæ Virginis, cuius honor & gloria Camberonæ summis præco-

K



praconijs celebratur: perfecteque sanus con-  
surgens confecit postea cundo & redeundo  
sexdecim milliana octo horarum spacio.

**VIVS A PARALYSI LIBERATVS**  
alius ad vitam reuocatur, tertius à languore  
sanatur per virginem ma-  
trem.

## CAPVT XL.

**E**odem ipso anno puer quidam Goudre-  
atensis vnus brachij vsu destitutus, à  
benedictæ Virginis inuocationem in integ-  
ritate restitutus. In pago Montignoniensi sine-  
ta infans quidam editus, ad vitam est reuoca-  
tus & in Ecclesia baptisatus. Ioannes Nelspe-  
rus complures hunc in finem quadragena  
compleuit, vt à quodam languore liber eu-  
deret, quo fiebat vt & brachijs & tibijs impo-  
tens redderetur: verum nullum infirmitatis  
suae expertus est solatium, donec B. Vir-  
ginis Camberonensis imploras-  
set auxilium.



apud Camberonam in Hannonia.

219

**PVER A SONTICO MORBO LIBE-**  
ratur, vbi cum pater & mater B. virgini  
deuouent.

CAP. XLI.

**A**NNO 1412. ita grauiter sonticus mor-  
bus puerum quendam B. uligniensem  
augebat, vt pater Nicolaus Valinius viginti  
duos vermiculos ex auribus eius exraxerit;  
perfecta autem sanitate potius est, simul at-  
que eundem Pater & mater B. Virgini Cam-  
beronensi deuouerant peregrinum.

**ALIVS PVERVLVS IN MORTIS**  
agone existens plenè conualescit, vbi B. vir-  
gini factus est pere-  
grinus.

CAPVT XLII.

**A**NNO 1413. Arnoldi Carlieri filius à  
Bauffia repentino morbo correptus,  
tribus diebus cum morte colluctabatur extre-  
mum ducens spiritum: confestim atque cum  
B. Virgini Camberonensi voto fecerunt  
peregrinum, plene con-  
ualuit.

K 2

MVLI



*MYLIER DIVTURNSO MORBO IT-  
tremè agitata, facta est sana, simul ac B. Vir-  
gini voto facta est peregrina.*

## CAPVT XLIII.

**M**ulier quædam è Castro Cameracti  
si oriunda per longum temporis in-  
teruallum ægra decubuit: vbi verò octo dies  
postremos sine potu ciboque transegeret, in-  
potere quæ nec cibum, nec potum sumere pos-  
set, B. Virginis Camberonensis tam deuotum  
pium efflagitauit auxilium, promissa eidem  
quotannis peregrinatione, vt dicto citius la-  
nitate perfecte sit consecuta. Impleuit autem  
priorem suam peregrinationem votiuam in  
huius anni 1413. processione postrema per-  
acta.

*MYLIER CVM MORTE COLLY-  
Etans integrè sanatur, vbi seipsam B. virginis  
deuouet peregrinam.*

## CAPVT XLIIII.

**V**xorem Egidij Heluini Lensensis gra-  
uissimè tumor quidam perualerat per  
vniuersum corpus, eique confessionis, Eucha-  
ristiæ ac Extremæ Vnctionis sacramenta col-  
lata fuerant, quando iam eadem animam a-  
gens, quam potuit piissime benedictæ Virgi-  
nis expetijt opem, seipsam B. Mariæ Cambe-  
ronensi



ronensi deuouit peregrinam, seseque ad iter,  
manibus pedibusque reptando, accinxit: Vbi  
verò ad ædiculam non sine maximis itineris  
angustijs & molestijs appulit, tota sana pos-  
tea, dextera Dei mira operante, redijt ad pro-  
pria.

*ADOLESCENS QUIDAM EXTRA  
patriam peregrinus & longa infirmitate op-  
pressus admirando miraculo libe-  
ratur B. virginis sub-  
sidio.*

CAPVT XLV.

**A**Dolescens quidam è Camberonia ca-  
stro, cui nomen Nicolaus Brabantius  
vera pietate permotus compleuit peregrina-  
tionem ad S. Iacobum in Compostella, tri-  
bus eiusdem pagi comitatus peregrinis. In eo-  
rum autem reditu, dicto Nicolao forte fortui-  
to in profundas aquas prolabante, tandem ip-  
se in Pictonum vrbe compulsus est decum-  
bere, idque in sanctorum Iacobi & Anthonij  
nosodochio: vbi ex socijs suis vnus ei admo-  
dum diu charitatis opera per piũ mobsequium  
exhibuit. Die quadam sese in diui Gregorij  
cœmeterium nosodochio contiguũ simul  
traustulerunt, ibique inter alia crucem quan-  
dam cum imagine B. Virginis superius col-  
locata comperentes, adolescens hisce sermo-  
nibus



nibus Nicolaum compellauit: Amice miserrime, nunc temporis octaua processions Camberonæ festiue celebratur: cor, igitur & animum tuum pie ad B. Virginem dirigas velim, cuius memoria eo loci dignissime recolitur, eamque pijs animæ votis & precibus exoremus, ut dignetur nobis hanc gratiam donare, ut salui sanique ad eam reuicere possimus, ut simul peregrinationis votum explete valeamus, quod in annos singulos promissimus: Nam ambo sacræ suæ ædiculæ peregrinos nos esse profitemur. Ad quæ verba Nicolaus suppliciter pronus in genua ruit, oculos mente inque ad crucem & Beatæ Virginis imaginem conuertens, simulque hæc preces ex cordis medullis pijsimè fundens; **O** beatissima Virgo & Domina Camberonensis, quæ omnibus opitulari soles, qui à te piam opem pie exposcunt, da mihi, obsecro, si placet, corporis integram sanitatem, simulque vires & facultatem Camberonam redeundi, tuam imaginem cum sacræ tuæ ædiculæ pie inuisendi gratia: hoc vnum à te quam possum deuotissimè peto. Hisce ita transactis, nos odichium repetere, & Nicolaus nocte subsequenti tam suauis quiete potitus est, ut mirabile dictu, à somno euigilans, hisce vocibus Iuonem itineris sui fidelissimum comitem interpellarit, dicēs: Sarcinas tuas collige, **v**elle nunc valeo ut patriam repetam, laus & gloria



gloria sit glorioſæ Virgini Mariæ Camberonenſi. Interea vnum aut alterum diem adhuc ibidem commorati ſunt, & poſtea ad ſacram ædiculam rediere, vt animo minimè ingrato benediſtæ Virgini ingentes referret gratias, quæ Nicolaum tam cito miſericorditer viſitauerat, eum perfectæ ſanitati reſtituendo.

**PVELLA IN EXTREMIS CONSTI-**

*tuta ſubito cibos petit, vbi eam parentes B.*

*virgini commendarunt.*

**CAPVT XLVI.**

**P**etri Grattij filia Lenſenſis per dies octo tam grauitè decubuit, vt omni momento nihil niſi præſentem mortem minitaretur. Et, quod plus eſt, diebus octo elapſis, eò deuenit miſeriarum, vt atramenti ſpeciem præ ſe tulerit. Ex hac alteratione tam deformi colligens mater præſentem imminere mortem, cubiculum egreditur, dicens ſe illi adeſſe nolle dum ſpiritum emitteret. Nihilominus tamè pater & mater ea ipſa hora eandem B. Virgini Camberonenſi deuouerunt, & dictoſiſſius filia cibos petijt, & ſana facta eſt.

K 4 PVEL-



**PVELLA PESTIFERA A PESTE,**  
 & duo pueri à tumore liberantur, B. virginis  
 effecti peregrini.

## CAPVT XLVII.

**A**ncilla Ioannis Nigri hortulani Camberonensis infecta cum esset morbo contagioso, voto se peregrinam fecit B. Virgini, & subito à contagione euasit libera. Insuper pari modo filius Ioannis Lochisij Bruggelensis, ac filius Gulielmi à Tornaco Baulensis sese à tumore experti sunt liberos.

**VIRGINES EVADUNT PVDCITIAE**  
 periculum, vbi B. virginis emiserunt  
 votum.

## CAPVT XLVIII.

**V**enerabilis Antistita de la Turre cum suo conuentu, die quodam cum magna perplexitate agitata cum esset, & periculis exposita propter quorundam militum in suam abbatiam aduentum, qui pudicitiae earum vim inferre comminabantur, vt tam evidens periculum euaderent, peregrinationis votum B. Virgini Camberonensi emiserunt, & tam feliciter pijs votis & precibus suis ad eam recurrerunt, vt ab omni infortunio diuinitus praeservatae, domna Abbatissa & aliae religiosae nudis



sa nudis pedibus Camberonam venerint, votum peregrinationis emissum persolaturæ, ac beatissimæ Virgini Mariæ ante eius imaginem gratias acturæ.

*QUIDAM AB HOSTIBVS ILLÆ-  
si præseruantur ad B Virginem vnanimi  
corde recurrentes.*

CAPVT XLVIII.

**I**Ncolæ ab Estinnis vice quadam optima quæque ex bonis mobilibus in Ecclesiam, tanquam locum tutiorem, deportauerant, sibi metuentes ab eorum spoliatione & deprædatione per milites, qui trinum impetum in eos qui eadem bona conseruabant ac protegebant, fecerunt non alium in finem quam vt sibi aditum in templum vi armorum pararent. Tandem qui intra templi ambitum conclusi erant, hoc in periculo cõstituti cū essent omnes ad vnum sese B. Virgini deuouerunt peregrinos, & ab eo tempore nullatenus oppugnati fuerunt, nec vllam bonorum suorum iacturam fecerunt.

K 5 TRES



*TRES PERSONAE MIRACULOSE  
admodum à tumore, morte & carceris mole-  
stia liberantur Beatae virginis  
ope.*

## CAP. V. L.

**F**ilia Ioannis & Ioannæ à Brabantia à tu-  
more euasit libera, simulatque eius no-  
mine B. Virgini Camberonensi votum est e-  
missum. Hoc eodem medio, diuinoque reme-  
dio vitæ restitutus ac postea baptisatus est pu-  
er qui dam à Melina expers vitæ in mundum  
editus. Mulier insuper ex sancto Dionisio in  
Blokerae territorio intra carceris densissimas  
tenebras interclusa, seipsam gloriosæ Virgi-  
nis, cuius honor & gloria est apud Camberon-  
nam, piæ ac fideli tutelæ fideliter commisit,  
& tanta cum deuotione petijt ab ea illumina-  
ri, vt eadem nocte trinam traditionem fulgi-  
dam intra carceris ambitum lata exceperit.

*PVER A GRAVI INFIRMITATE  
euadit immunis, ubi ad B. virginem deuotè  
recurrat.*

## CAP. LI.

**I**oannis Parcensis filius à Lombiso in gra-  
uem incidit infirmitatem, & ita quidem a-  
liquando territabatur, vt necessarium  
foret eum vi comprimere. Tandem puer,  
y vca



vt verisimile est, pia inspiratione instigatus ac lumine diuino irradiatus (nam à nemine cōpulsus supra lectum in genua proruit in cōspectu eorum qui aderant) omni cum deuotionis affectu gloriosam Virginem Camberonensem exorauit, quatenus ei sanitatem restituere dignaretur, & in tanti beneficii gratam memoriam totis viribus ei per totam vitam dignum præstaret obsequium. Exaudita fuit supplicatio eius ad Virginem precatio, & quod petebat sine mora perfecte adimpletum est.

*PVER IN AQUAS PROLAPSUS E-*  
*uidens aquarum periculum euadit incolumis*  
*Beate virgini per parentes com-*  
*mendatus.*

CAPVT LII.

**A**NNO 1418. Aprilis die 27. Ioannes Valineus Nicolai Valinei filius Brulignæ agens vice quadam piscatores in fluuium retia mittentes ad capiendum pisces conspexit: ab illo autem tempore cum idem facere attentaret (mediate baculo suo adunco) quod antea fecerant piscatores hamis suis mediantibus, in præaltum fluuium miserè lapsus est, & ad aquarum decursum raptus per spacium sex mensurarum terræ & ultra. continquè clamoribus filiulam quandam sibi

K 6 comi-



comitem exposcens, vt auiam suam accerseret, quia, vt aiebat, praefocabatur aquis. Dicitur filiola annos duntaxat decem nata eo confestim conuolat: tristi que ac lugubri nuncio ad auiam perlato, illa tota in stuporem versa, exclamat, simul que sine mora filiolum suum B. Virgini Camberonensi deuouet peregrinum, omni cum humilitate supplicans, vt eum contra fluctus aquarum, prout & alias fecerat praeseruare dignaretur in columem. Hisce ita transactis, quandam vicinam ad se euocant, qua comitata, ambae puerum vndequeque conquisserunt, eum que tandem in medio fluminis fluctuantem offenderunt, meruentes interim sese in medias aquas praecipites ferre. Nihilominus tamen se mutuo meliori quo poterant modo coadiuuantes, tandem earum vna in profluentem se paulatim demisit, puerum que qui ibidem per mediam horam aut circiter supernatauerat, aquis extraxit, die autem sabbathi proximè subsequenti puerum in B. Virginis aediculam perduxerunt, gratijsque debitjs peractis, quae dicta sunt ordine retulerunt.

(:)

PVEL



**ISABELLA AB IGNE GRAVITER**  
offensa, voto B. virginis pie facto, miracu-  
lose apparet illesa.

CAPVT LIII.

**I**sabella Montensis ex Nouavilla oriunda,  
ancilla primaria curiæ Hauruthianæ pedi-  
bus præ loci lubricitate retrocedentibus, in  
cacabum lacte refertum, quod in domestico-  
rum vsu decoxerat, casu fortuito vno bra-  
chio collapsa est. Ex illo autem casu miserè  
totum illi brachium semi adustum & lacerū  
fuit: nullum tamen ei medicamentum præter  
salem applicare voluit, quamuis eidem multa  
alia remedia proponerentur, sed totam con-  
fidentia suæ anchoram in benedicta Virgine  
Maria Camberonensi pie collocans, piam e-  
ius opem omni cum humilitate implorauit,  
quatenus ei succurrere vellet ad sanitatem re-  
stituere, ea lege & conditione, quod nec car-  
nes ad edendum sumeret, nec vinum gustaret  
sed omnibus diebus ieiunaret quoad vsque  
perigrinationis votum impleisset, ad brachiū  
cereum vnus libræ pondo ante eius imagi-  
nem detulisset. Feria quinta & sexta brachium  
eius mirè ei intumuit, pustulisq; infestum ap-  
paruit, verum die sabbathi sana & incolumis  
Camberonam venit peregrinationis ergo, si-  
mulque in præsentia complurium religioso-  
rum



rum & secularium pium aliquod donarium  
offerendi gratia.

**PVER AB HERNIAE MORBO LI-**  
*beratur, voto B. virginis per patrem su-*  
*um pro eius incolumitate*  
*emisso.*

## CAPVT LIV.

**A**Nno supra millesimum 129. Iacobus d  
Camberona sancti Vincentij habitans  
Insulis Camberonam latus aduenit, affirma-  
uitque quendam filium suum herniosum B.  
Virginis subsidio sanitatem recuperasse, cu-  
ius opem pia cordis sinceritate implorauerat,  
emisso ab eo voto cereum infantem ante i-  
maginem suam, quoad viueret, deferendi, si-  
mulque eodem voto praedictum filium suum  
obligans per totam vitam ad peregrinatio-  
nem annuam.

**HOMO IGNIS RVINAM EVITAT,**  
*pia precatione ad B. virginem conuersus.*

## CAPVT LV.

**A**Nno supra millesimum 437 Anglis  
Poperingum igne ferroque vastantibus  
Gullielmus ab Heda graui morbo excrucia-  
tus in lecto decumbebat quasi paralyticus &  
ab omnibus derelictus: Cum ergo eo miseria-  
rum.



rūm deuenisset, precibus ad B. Virginem Cāberonensem deuōtē mentem animumque hunc in finem conuertit, quatenus dignaretur ædes suas ab incendio præseruare, à quo nullatenus poterat se conseruare. Minimè uana & irrita fuit eius precatio: nam nō ita multo post Angli receptui canentes abiere, & domus eius libera permansit ab ignis deuastatione.

*QUIDAM RVENS AB ALTO, A  
moris periculo præseruatur ab eo Dei genetrice piè innocata, anno 1438.*

CAPVT LVII.

**Q**uilielmus quidam artem suam opere super templum Camberonæ S. Vincētij exercens, quod scandulis regulis operiebat, casu præcipiti ad ceterum pedes alto à culmine pronus prolapsus est. Quemadmodum autem in dicto suo præcipitio B. Virginis Camberonensis immemor minimè fuit: ita etiam die subsequenti pluribus testibus commitatus Camberonam illæsus venit, dignas ei acturus gratias, cui ad vitam acceptam referebat.

QVI.



**Q**UIDAM MANU PARALYTICVS  
manum bene sanam recepit ad Beatam  
virginem confugiens.

## CAPVT LVII.

**A**NNO 1439. Nicolaus Siluius à sancto  
Ioanne faber lignarius manus suæ v-  
su, vi morbi, destitutus cum esset, non valens  
idcirco de medijs ad vitam necessarijs sibi  
prouidere, ad B. Virginem Camberonensem  
confugit, quam precibus adeò deuotis est  
prosecutus, vt manus illi in pristinum statum  
sit restituta.

**I**NSIGNI ADMODVM MIRACULO  
puer à demonis infestatione euadit liber,  
patre eius ad Dei matrem pie  
confugiente.

## CAPVT LVIII.

**A**NNO 1446 Iuxta Hæsiæ huius nostri cõ-  
uentus Iotricis filius sub mediam no-  
ctem inter vndecimam & duodecimam ho-  
ram à maligno spiritu percussus & in terram  
summo impetu est deiectus, præsentem cum tẽ-  
poris quodam socio suo & vna puella, qui tẽ-  
ipsam minimè perceperant. Eo autem mise-  
riæ redactus cum esset, ad ædes cuiusdam so-  
roris sue totus curuus redijt, ab ea subnixè pe-  
tens, vt cum ibidem ea nocte sineret quiescere  
& som-



& somnum capere. In hunc ergo finem ipso  
grenarium quoddam conscendente, denuò  
tato impetu ab alto deorsum præcipitur, vt  
tres dies continuos sine voce, sine sensu quasi  
amens hæreret, obuios quosque qui aderant  
nunc raptando, nunc pugnis ac verberibus  
persequendo, qui, quamuis tres aut quatuor  
essent numero, ipsum cohibere non poterant,  
donec sancti Ioannis euangelio ad eius caput  
piè perlecto paululum conquiescere cœpit.  
Pater verò plurimum contristatus est, vbi hūc  
ad eò tristem & infelicem filij casum subintel-  
lexit, & prima quidem fronte vtile iudicabat  
si ad diuinos fauloquos consulendi gratia  
mitteretur, postea nihilominus saniori men-  
te melius sibi consulens, illis prætermis-  
siss, ad benedictam Virginem, quæ Camberonæ in  
honore est, recurrit, quam deuotissimè ora-  
uit vt eum consolari & filio miserè, afflicto  
succurrere non dedignaretur. Rebus ita se ha-  
bentibus in viam se dedit eum inuisendi gra-  
tia: confestimque vt pulsauit fores domus,  
dixit filius eius: Pater mi quid petis? Pater hi-  
scæ auditis totus alacritate plenus & exhilara-  
tus quæsiuit ex eo quonam modo, quæue via  
à misero suo infortunio euasisset liber: dum,  
inquit, nocte proximè transacta pulsabatur  
ad obitum quendam pro mortuorum officio  
decantando, vox quædam cælitus emissa mi-  
hi mandare visa est, vt pro defunctis pias ad  
Deum



Deum effunderem preces: quod & mora nulla interposita, præstiti, orationem dominicam recitando. Eadem verò ipsa hora qua pater ad B. Virginem pio eorunde orationem destinavit, filius à miseranda oppressione sua liberum se expertus est, & paulo post eum pater in B. Virginis ædiculam adduxit: ubi multis præsentibus tum religiosis, tum secularibus enarrauit insigne hoc miraculum, quod Virgo benedicta erga filium suum misericorditer erat operata. Postea verò ipse & filius eius solis indulsis, induti in gratiarum actionem processionalem circum fecere, plurimis personis pijs comitati tempore quo pluvia copiosa terram contiguam vadique irrigabat: qua non obstantè pluvia, puer instar rosæ rubicundus tam feliciter processionis obsequium adimplevit, ut, quod summe mirum est, percipi non posset, ne quidem unam aquæ guttulam è media æeris regione collapsum cum aliquatenus contigisse.

*PERVULVS QVASI EXANIMVS  
vitam recipit supra B. virginis altare depositus.*

CAPVT LIX.

**A**Nno 1451. filius Henrici Fromontij à Bauffia in equorum incidit aquarium, ibidem



bidemque tam diutino h[ab]sit tempore, ut quasi exanimis & aquis profocatus inter medias aquas rap[er]i videretur. Duobus autem iuuenibus illum clamore valido prosequentibus, homo quidam, Deo sic disponente, superuenit, qui eum è loco prædicto extraxit, & ubi eum ad aedes parentum detulit, pater & mater tam lugubri spectaculo mirè attoniti voces lugubres cum lacrimis dederunt, simulque B. Virgini Camberonensi filium suum deuouerunt: quem vestibus exutum & ad ignem paululum appositum supra sacelli altare detulerunt, ubi vitam accepit & sensum: pro quo accepto munere solennes Deo & sanctissimæ matri eius actæ sunt gratiæ.

*PVERPERA MULIER A PVERPERA  
vij pressuris subleuatur. pijs ad Beatam  
virginem effusis precibus.*

CAPVT LX.

**A**Nno quo supra mulier quædam è Camberona castro, prægnans cum esset mense sexto à sua impregnatione graui afflictata morbo magnos & inmensos cruciatus perpeffa est ratione duorum infantulorum, quos suo gestabat in vtero, donec qui aderant cum obstetrice B. Virgini Camberonensi pijs pro



pro ea effudissent preces. Nam paulò post à  
pressuris & doloribus suis se sensit iramunem,  
& pueruli baptismi gratia donati sunt. Patet  
autem pluribus viæ comitibus venit sine mo-  
ra Camberonam, gloriosæ Virgini in sua æ-  
dícula gratias peracturus, vbi & omnes fra-  
tres ac religiosi conuenerunt, Te Deum, pio  
affectu decantantes.

**HOMO GRAVISSIMO PONDERE**  
*obrutus, implorata Beate virginis ope,*  
*surgit sanus ac omnino il-*  
*lesus.*

## CAPIT. LXI.

**E**odem adhuc anno quo supra, die sancto  
Luce sacro contigit vehiculum quoddã  
tegulis vndeque confertum supra Petrum  
Torquinium Lensij incolam euertere: quod ita  
illos, qui illi aderant, perterritum, vt ad vnum  
omnes subito affragientes, socium suum pro  
mortuo reputarent ac desererent. Homo verò  
pius & deuotus, nec non B. Virginis Cambe-  
ronensis peregrinus, benedictæ Virginis opẽ  
magno pietatis affectu implorauit, supplex in-  
genua ruit fugientesque compellans vt adese-  
rent misero, aliquid ei subsidij ex charitate de-  
ferentes, confestim qui currus ingenti ponde-  
re obrutus putabatur, ad eò sanus & incolu-  
mis



mis à terra surrexit, vt ipsemet personaliter  
Camberonam aduenerit, immensas ei actus  
gratias, à qua tantum beneficium se acce-  
pisse profitebatur, simulque quod illi accide-  
rat non ingrato animo palam in sacra eius æ-  
dícula denunciaturus.

**IUVENIS QUIDAM AB EVIDEN-**

*ti vite periculo conseruatur immunis*

*Beate virginis pijsima tu-  
sela.*

**CAPVT LXII.**

**M**ensis Nouembris anno quo suprâ in-  
uenculus quidam ab Estinnis à Mon-  
te, qui Nicolaus Cretinerus nuncupatur, ad  
scholas cum pergeret, contigit eum fluium  
quemdam, aquis vltra solitum intumescenti-  
bus cursuque rapidiori defluentibus tabula  
quadam seu planca transilire: quod cum fa-  
cit, pronus in aquas labitur, eminusque ad a-  
quæ decûrsu tantisper abductus est, donec  
in quemdam præaltæ profunditatis sinum  
descenderet: vbi & inter vndas mediosque flu-  
ctus inuentus est supernatans, quis, canistro-  
que suo in quo abecedarium seu libellum re-  
ponebat imperterritus collusitans. Talis ac  
tanti infortunij admoniti parentes, filij sui in-  
columitatem B. Virgini Camberonensi acce-  
ptam retulerunt: cui pater cum matre & filio  
se



se deuouerant peregrinos ac in deuotos famulos.

*PVERVLVS SINE VITA IN  
mundum editus baptisimigratiam  
percipit Beate virginis  
meritis.*

CAPVT LXIII.

**A**Nno supra 1463. feria tertia paschali vxor Ioannis flandri a Sirau proles geminas enixa est, quarum vna à feria tertia ad horam vsque nonam meridianam feria quinta subsequens nullum vitæ nec sensus dedit indicium: quo videlicet tempore ex amitis suis vna, quæ illi aderat, beatæ Virginis Camberonensis operam piè implorauit, simulque & ipsum eidem deuouit peregrinum. Ad cuius pia vota infantulus naribus, ore & vmbilico cruorem emittens, baptisatus fuit ad eum modum, quo in necessitatis articulo conferri potest baptisma: postea verò paululum ingemiscens, in signum moris expalescere cepit, qui antea absque ylla coloris sui immutationem constans persisterat.

TER



TER ADMIRANDO MIRACULO

puer aquis extinctus ad vitam reuocatur  
vbi ad Beate virginis adiculam  
est delatus.

CAPVT LXIV.

**A**Nno supra millesimum 515. Ioannes Mi-  
sonius e Camberona S. Vincentij arte  
sua textor, aruis suæ opera coniuge præsentē  
exercebat, quando è prolibus suis vna vnica  
annuū solummodò nata paternas ædes mo-  
do quo poterat egressa est, & in via occurren-  
te ipsi dolio aquis referto, in illud miserè pro-  
lapsa est, ibique per integram horam perman-  
si, antequam mater opificium suum inter-  
mitteret, vt eo intermisso grande hoc infor-  
tunium aduertere posset. Patri verò & Matri  
ad nodum mæstis & desolatis, qui eius debi-  
ta n curam neglexerant, nullum aliud præ-  
sentius occurrit remedium, quam vt pijs vo-  
tis & precibus B. Virginis Camberonensis o-  
pem requirerent, quemadmodum etiam,  
prout talis ac tâta necessitas exigebat, magno  
cum animi affectu & seruore fecere. Insuper  
conuocatis ad se vicinis, ad iter se accinxerūt,  
puerulum suum ad sacra n ædiculam depor-  
tandi gratia. O res admirandi nimis, si mulat-  
que dittonem ac dominium Camberonense  
attigerant, in fons magis atque magis natu-  
ra recepit sensus & motus, & quidem ita vt  
vbi



vbi ad sacram ædiculam appulerunt, aquæ mouit & plene conualuit.

*NON MINVS INGENTI MIRACULO filiola aquis profocata, vitæ restituitur voto B. virginis piè oblata.*

## CAPVT LXV.

**A**Nno eodem quo supra Nicolaus Goretius inhabitans domum pastoris Begguinagij Montibus Hannoniæ apud se detinebat filiam Jacobi Varij, quæ die quodam, in hortum cum se reciperet, forte fortuna in fluuium trullanum est collapsa, ad aquarumque decursum illa ipsa hora solito vehementiorem procul abducta est. Ipsa autem intra fluuiales aquas permansit, donec homo quidam eam à longinquo prospiciens, quid erga filiam contigisset domesticis denunciaret: qui sine mora ad fluuium conuolantes, miseram filiam Beatæ Virgini Camberonensi deuouerunt. Illam autem ex aquis absque vlllo vitæ indicio extraxerunt, exindeque eandem igni applicuerunt: vbi complures piæ & deuotæ personæ, quæ miserando aderant spectaculo, denuò illam prædictæ B. Virgini commendarunt, quam idcirco identidem oculos aperire & ad mentem sensusque redire perceperunt, donec perfectè vitæ & sensibus dona-



donaretur. Postmodum ipsamet omni cum  
deuotionis affectu Camberonam venit fidei  
peregrinationis solutura, simulque B. Virgi-  
ni, cuius beneficio manebat maximè deuota,  
gratias quas poterat maximas actura.

**PVELLA QUAE SIBI IPSI VITAM**

*adimere attentabat, non minus mirabiliter  
quam misericorditer, pia virginis ope,  
contra impios suos conatus  
conseruatur.*

**CAPVT LXVI.**

**A**Nno 1521. circa finem Ianuarij, tem-  
pore quo niuium magna copia subest.  
Lentensis quaedam puella daemone tentatio-  
nibus agitata, eo processit damentię, vt aquis  
sibi vitam adimere vellet. Vt autem prauam  
suum exequeretur voluntatem, vespertino  
quodam tempore fontem quemdam accedit,  
seque crucis signaculo consignat: cumque B.  
Virginis Camberonensis tutelę se ipsam cõ-  
mendasset, se in dictum fontem præcipitem  
dat, vtque facilius seipsam aquis præfocaret,  
pluries fontis ima fundamenta petit, cuius a-  
quę funditus præaltę non erat profundita-  
tis: semperque sibi aliquid sentire visa est, quod  
eam auocabat, simulque peruersos suos co-  
natus interrompebat. Tandem ergo cõaspi-  
ciens improbo suo conamine se operam lu-  
dere,

**L** dere,



dere, fontem est egressa tota madefacta, eoque miseria redacta, nec tamen adhuc contenta, caput suum intra niuium congeriem misere misera coniecit: quo in loco tantisper, vt sibi mortem procuraret, permansit, donec in totum congelata geluque constricta fuit deprehensa, sic vt vix vlla ei respirandi subesset facultas. Inde vero ad ignem est deportata, vbi confestim in integrum est restituta, benedictæ Virginis Camberonensis meritis & subsidijs, prout cum Sacellano ciuitatis Leontensis complures alij pij viri cum sacerdotum seculares fideliter retulerunt.

*PVERVLVS SINE VITA MYNDO*  
editus, vna cum vita baptismi recipit  
gratiam pijs precibus B. virginis  
oblatus.

## CAPVT LXVII.

**A**Nno 1546. Maij 15. vxor Nicolai Fermerij Hulensis iuxta Binchium puerum mortuum enixa est. Mater autem cum alijs non paucis feminis admodum præ animi tristitia squalidis non sine magno seruore spiritus & animi deuotione gloriose Matris Iesu Christi, quæ Camberonæ in veneratione est, pium auxilium solatiumque postularunt, & ecce mirabile dictu, infans qui à die Sabathi ad vesperum vsque feriæ secundæ iacuerat

cx.



exanimis, dicto citius vnà cum vita corpora-  
li recepit sacramentum vitæ ex aqua & spiri-  
tu renatus ad vitam, quemadmodum postea  
sacri sacelli thesaurarius ex plurimorum tum  
ecclesiasticorum, tum laicorum fida relatio-  
ne intellexit.

MERCATOR QUIDAM MIRABILI-

ter à febre vehementi subito liberatur, voto

Beate virginis Camberonensi piè

ab ipso facto.

CAPVT LXVIII.

**A**Nno 1603, mensis Augusti die 2. Augu-  
stinus Ionatius ciuis & mercator pan-  
nanius Bibracensis febre adedò acuta & vhe-  
menti correptus fuit, vt ea per dies quindecim  
magis magisque ingrauescente, omnique sa-  
nitatis adipiscendæ spe deperdita, nocte qua-  
dam quam potuit commode flexis genibus  
supra proprium puluinar sese coniecit, & in  
cruciatibus suis solito vehementioribus piè  
inuocans benedictam Virginem Mariam, quæ  
Camberonæ debita veneratione recolitur,  
deuouerit se eiusdem futurū ibidem peregrini-  
um, ibique rosarium cum hymno, Te De-  
um, antè eius imaginè recitaturum, vbi pri-  
stinæ sanitatis foret restitutus. Sed ecce stupen-  
dum per omnia miraculum, matutina liqui-  
dem luce suborta, dimisit eum febris, & 5. die  
post sanus & incolumis, Virgineum caueum

L 2      secum



secum deferens, Camberonam aduenit, iugentes piissimæ Dominæ acturus gratias ac vota sua persolurus: Camberonam autem venit, indeque bibracem repetijt. vnius solummodo diei spacio, prout ipsemet testificatus est. Ad maiorem verò dicti miraculi fidem & comprobationem, autographum quoddam manu propria, simulque duorum hominum clientelarium curiæ Montensis consignatum transmisit, quorum vnus Douilletius, alter Clericus cognominabatur qui quod assererat, verissimum esse asseuerabant.

(··)

B. M. A.





# B. MARIAE

EXHILARATRICIS, SI-

VE NOSTRAE DOMINAE GAV-

DIORVM VVLGO NOSTRE

Dame de Liesse dictæ, apud Picardos vera

terque admiranda Historia ex annalibus S.

Ioannis Ierosolimitani excerpta, ac per Fra-

tre[m] Iacobum Boissium eiusdem ordinis Pro-

curatorem Generalem composita, recenter-

que ex idiomate gallico in latinum cum qui-

busdam eiusdem Domine illustri-

bus miraculis traducta.

TRES FRATRES GERMANI NO-

bili loco ex Francia oriundi Ascalonem per Sarace-

nos abducuntur, vbi eorum constantia diuersi-

modè probata & oppugnata, fortes

& inuicti in fide perse-

uerant.

## CAPVT I.



Uccedente Fulquetio An-

dino, Comite ab Edeffa in

regnum Ierosolimitanum

per obitum Balduini, huius

nominis secundi, socii

L 3

sui,



sui, regni prædicti Regis & ordine tertij, salutis nostræ anno 1131, a recuperatione verò eiusdem per Godefridum Bulonium facta, anno 320. Aegyptiorum Califus urbem Ascalonensem vnde quaque munitissimam, viginti miliaribus ab Ierosolimis distantem, obtinebat: quia verò per eam, vi pote virique regno prædicto finitimam, patebat transitus simul & aditus ex Ierusalem in Aegyptum, inde factum est vt eandem ingenui comeatu, omnique armorum genere, ac præsertim validissimo militum præsidio præmunerit, quod singulo trimestri, ad maiorem loci securitatem, commutabat. Quò fiebat vt Christiani, cum itaque adiacentia loca continuis hostium excursionibus infestarentur, insolitisque prope modum bellorum tumultibus sine periculatione quaterentur. Quibus malorum ærumnis distressus Rex Folquetius occurrere volens, hisce regionibus diligenter ab ipso perlustratis, decrevit apud se ab imis fundamentis Bersabean civitatem, hodie Eidelem dictam, construere & reedificare quatuor miliarium spacio ab Ascalone solummodò distantem, quò sic barbarorum impiissimos fucissimosque conatus & audaciam reprimeret ac perfringeret. Quod expedire ad modum re ipsa completum est, ac sine mora executioni mandatum, prout necessitas ipsa nullam admittens moram perurgebat, breuique temporis spacio

locus



locus factus est p̄gualidus expugnatuq̄e difficillimus. Rex seriò apud se perp̄dens quãtopere expediret locum hunc fida custodia hostium incursiones tutum & incolumem conseruare, de fide virtutibusq̄e Equitum Ierosolimitarum ordinis S. Ioannis (qui & hospitalitij nuncupantur) nunc verò Rhodiorũ vel Meliteorum, certus effectus cum esset, utpote qui in omnem rei euentum fidem generositatemq̄e suam sæpius reipsa testatam fecissent, illud ipsum eundem permouit ut eorundem fidei tutelæ ac regimini locum prædictum committeret, quod anno 1132. accidit. Hoc autem lubenti animo acceptantes, continuis prælijs Sarracenos præsidariosq̄e milites Scalonenſes laceſcebant, & cum eisdem strenuè ad modum decertabant. Verum quemadmodum belli euentus & exitus varij sunt, victoriæ inclementia sæpe vaga & volubili nunc in hanc nunc in istam partem variè propendente, dicti scilicet ordinis Equitibus sæpe victoriam reportantibus, quandoque verò etiam in manus hostium miserè prolabantibus, die quodam ( prout rem enarrat Melchior Bandinius olim eiusdem ordinis Vicecancellarius ) cum prædicti Equites proſolita innataq; audacia & animositate è supra dicto fortalino Eidalem proſiliſſent mensis Augusti ann. 1134. imperiũ in hostes facturi, ut armorum vi eosdem compellerent dimittere

L 4 spolia



spolia & pecora quædam, quæ à Sarracenis  
 abacta & per eosdem Christianis ablata fue-  
 rant, contigit eos per Sarracenos fugam si-  
 mulantes dolosè in locum insidijs destina-  
 tum pertrahi, in viam, dico, quæ Ascalonem  
 perducit, & qua insidias illis posuerant. Dum  
 verò ardore nimio eos persequerentur, sese  
 vndequaque infinita Sarracenorum turba  
 cinctos conspexerunt: quibus cum diu admo-  
 dum strenuissimè se opposuissent vim vi-  
 nimosè repellentes, tandem cò miseriarum  
 deuenerunt, vt cogerentur (vt pòte qui multis  
 partibus & numero & viribus essent inferio-  
 res) eorum furori cedere, ita vt non sine ma-  
 gna confusione receptui canerent. Vade factum  
 est vt plurimi in eo conflictu caderent,  
 alij vulnerarentur non pauci, & quidam ab-  
 ducerentur captiui: in quorum numero fue-  
 rint tres fratres germani natione galli, & prædicti  
 ordinis Equites meritissimi è dicecesi Laudu-  
 nensi oriundi: quorum maior natu ab Epe di-  
 cebatur danasty seu Dominus, secundus à  
 Marchoinio, tertius verò nullius dominij ti-  
 tulo erat insignitus: qui multis à se bar-  
 baris partim fortiter expugnatis, partim vul-  
 neratis, partim etiam trucidatis, & ipsismet in-  
 dentidem varijs plagis ijsque adeò grauibus  
 penè extinctis, vt cum cæteris fuga salutem  
 querere non possent, tandem in manus hosti-  
 um deuenerunt, Ascalonemque postea abdu-  
 ci



Et sunt. Ex inde, sanitate recuperata, in pristinum statum restituti, ubi barbari, diligenti inquisitione facta, intellexerunt nomen gloriæque celeberrimam, quam heroicis factis & sanctis suis moribus consecuti fuerant, Carorum transmissi sunt, quasi prædictæ victoriæ spolia nobilissima, Sultanoque oblatis, qui tunc temporis Aegyptum sub Califæ imperio administrabat. Dicitur autem Sultanus vultu admodum efferato eos excepit, aliud nihil eisdem promittens quàm sine mora ad mortis supplicium eos breui pertrahendos, propter detrimenda & incommoda non contemnenda quæ Domini sui Califæ subditis intulerant. Quibusdam inde præterlapsis diebus, suavis & mellifluis sermonibus eos è contra aggressus est, illis persuadere volens, ut fide religionisque Christiana abnegata, falsam superstitionemque Mahumeti legem vltro amplexarentur, magna eis & præmia & merita promittens personis & meritis eorum condigna. Ad quæ sic proposita, Equites constantissimè responderunt se verè fideles ac Christianos esse, patriaque ab eis liberè deserturum omnibus bonis & commoditatibus suis in Syriam commigrasse, ibique sacrum habitum & ordinem religiosorum sancti Iohannis ab Ierusalem suscepisse, non alium in finem, quam ut pio zelo vitam suam Christo deuouerent pro tuitione simul & dilatarione

L s fidei



fidei Christiana, ideoque magis quam antea  
vnquam decreuisse, simulque paratissimos esse  
se milles (si id possibile foret) emori, duraque  
mortis tormenta quouis modo perpeti, quam  
diris & iniquis eius petitionibus acquiescere  
Sultanus, hoc audito responso, grauissime ira  
incensus iussit eos asperissimis carceribus man-  
cipari, quibus in custodiam Sarracenum que-  
dam Christianorum hostem infensissimum  
præfecit, & pro annonâ solum panem & a-  
quam eis constituit. Veruntamen cum illud  
vnum assequi magis magisque prætenderet,  
vt captiui scilicet a sua sententia resillirent,  
propositumque suum miserè mutarent, om-  
nem nauauit operam, nullumque non mouit  
lapidem vt pios Dei cultores faceret per apo-  
stasiam impios fidei desertores. Quam ob-  
causam peritissimos quosque totius Aegipti  
Sacerdotes ac Marabutios (sic enim eos nun-  
cupant) ad se euocari mandauit, quos in di-  
ctorum Equitum carcerem misit hanc rem  
expressè illis dans in mandatis, vt explora-  
rent vtrum per artes & scientias suas diabolica-  
ras, nec non & per quosuis alios quos possent  
modos valerent eos perducere ad fidem Ma-  
hometanam. Ministri isti satanæ mandatum  
hoc pro acceptissimo habuerunt, vipote qui  
pro certo sibi persuaderent se victoriam in  
hoc conflictu reportaturos super vana sciētię  
ostentatione & gloria, simul & blandis pro-  
missis



missis honorificisque titulis, quos illis erant  
proposituri, fundato. Denique (quod illis ad  
præstandum maiorem addebat animum) quia  
existimarent sibi negotium esse certamen-  
que cum viris incundum, qui arma magis quàm  
litteras profiterentur. Verùm quemadmo-  
dum Deus Optimus Maximus nunquam eos  
deserit, qui spei suæ anchoram siacere in eo  
constituunt, ex totoque cordis medullitio  
eius opem piè implorant & experunt. Sic etiam  
Equites ita corroboravit confirmavitque, vt  
dictorum Marabutorum verbis sophisticis,  
tanquam solidissimæ petræ ab alto firmiter  
fundatæ, nullatenus permoueri potuerint,  
sed è contra multo rubore suffasos ac deni-  
que deuictos à se dimiserint. Qui Sultano po-  
stèa retulerunt tantam Equitum esse constan-  
tiam animique robur tantum, vt impellibile  
foret eorum in credendo fidem contumere, ne  
dicam labefactare. Quod ille subintelligens,  
ita vehementer in Marabutos suos stomacha-  
ri cœpit, talisque eum contra eos furor inuasit,  
vt eosdem à se atrocibus & contumeliosis  
verbis abigeret. Istud nihilominus minimè  
eum retardauit quo minus impios suos co-  
natus prosequeretur, verùm magis quàm an-  
teà effervescentes die noctaque nihil præ-  
ter ea medicabatur, quibus dictos Equi-  
tes ad Mahomeisimum pertrahere pos-  
set: Eoque insuper vesaniæ profectus pertri-



nax in suo sensu, vi (quo sic optata sine infelix potiretur) decreuerit media omnia & remedia humana quantumlibet detestanda & putenda adhibere. Erat autem illi filia nomine Ismeria adhuc iuuenula adeò naturæ donis exornata quam sui temporis vlla alia, ac in ijs quæ suæ religionis erant optimè edocta. Persuadebat autem ille sibi mediū istud maximè idoneum futurum, viamque sibi sic parandam iri, qua ad id quo tendebat commodè pertingeret, & qui omnibus alijs machinamentis nihil euincere potuerat, se dilectæ filiae suæ Ismeriæ eximia pulchritudine, blandimentis & lenocinijs consecuturum sperabat, sic vt Equites, eius concupiscentia vanè illecti, facilè in eius sententiam irent, ac eius petitioni non grauatè acquiescerent. Furibundum hoc ac diabolicum contra naturæ legem initum à se consilium filiae suæ aperire nec horruit nec puduit, eā sollicitas vt quod consulebat alacriter exequeretur, ad idque præstandum omnes quos poterat naturæ nervos ac industriam intenderet: imò, quod dictu audituque magis horrendum est, omnibus etiam Equitum petitionibus quantumlibet prauis & impudicis volens lubensque obtemperaret, cetera nihili faciēs modò in eisdem victrices palmas tandem reportaret. O enormen, ô brutalem & supra quàm dici potest, barbaram impietatem. Haud dubiè hoc

in ac



in negotio Sathan omnes ingenij sui vires technasque contulit. Nihilominus tamen cunctipotens Deus qui ex grauissimis peccatis sepe numero non exiguas suscitatur benedictiones, non solum modo voluit hac via & ratione ad fidei nostrae lumen heroissimam iuenculam pellicere: sed in super Equitum constantia & meritis Galliam nobilissimo pretiosissimoque donario ac pignore plane caelesti, cui simile nusquam habet, condēcorauit: imagine videlicet miraculosa, quae etiamnum B. Mariae exhilaratricis titulo nuncupatur, & hoc quidem modo admirando, quem postea referemus.

*ISMERIA EQVITVM CARCEREM  
ingressa vario conatur eosdem à Christiana  
religione ad Mahumetanam  
traducere.*

CAPVT II.

**C**VM Ismeria hoc à patre in execrandis mandatis haberet, desiderans illud ad patris beneplacitum exequi, sibi que in sua pulchritudine dicendique facultate non parum fidens, è vestigio ad carceres, in quibus equites detinebantur inclusi, festinans properauit: vbi blandē eis ab ipsa salute impertita, eisdem dixit se Sultani filiam, & quod commiserationis affectu erga eos per-

L 7 meta,



mota, eisdem personaliter inuisere illi esset  
animus, sciens Sultani voluntatem in hoc po-  
sitam, ut illis omni tormentorum genere,  
quæ humanitus excogitari possunt, excrucia-  
tis, tandem acerbissima morte vim illis ma-  
nusque violentas inferret, nisi Christianam  
religionem abnegare & Mahumetanam se-  
qui mallent: quapropter eos obnixè rogabat  
ut miseriam, in qua obstinationis suæ vicio  
versabantur, diligenter attenderent: quod si  
facerent, eiusque petitioni lubenter annue-  
rent, eisdem à patre Sultani ingentes opes  
eximiosque honorum titulos polliceba-  
tur, affirmans in omni rerum euentu  
se illis subsidio futuram, ac pro il-  
lis apud patrem fideliter  
intercessuram.

1534.



**TISMERIA, PROPTER EQUITVM**

*constantiam, nihil proficiente, Sultanus eis*

*extrema quæque commina-*  
*tur.*

**CAPUT III.**

**E**quitibus magnoperè mirantibus hanc  
eximie pulchritudinis tum etiam aliarum  
naturalium perfectionum donibus condeco-  
ratam filiam intra carceris angustias sese cum  
illis recepisse, ingentes ei gratias pro maxima  
eius humanitate, qua in loco tam vili & abie-  
cto erga tres captiuos vtebatur non ingrati  
retulerunt. Sed quantum ad munia & munera  
quæ illis ab illa offerebantur, attinebat, re-  
sponderunt Sultanum hac in re oleum & ope-  
ram perdere, nulloque modo vana aliqua spe  
illectum persuadere sibi debere passuros se ab  
illo, precio tam charo coemendos: nam ubi,  
suscepto à se Equitum ordine, nomen militiæ  
dederunt, armaque in sacrae legis fideique  
Christianæ defensionem sumpserunt (quam-  
uis pro tempore, utpote qui tum captivi & ma-  
cipia cum essent, non possent eius rei armo-  
rum vi experimētum facere) paratissimos se  
prohibebantur ad quælibet tormentorum gene-  
ra fortiter obeunda & mortē denique ipsam  
quantumuis acerbā pro fidei cōfessione equo-  
animopreferēdā. quæsi iā re ipsa fecisset, nihil-  
ominus tamē minime adhuc infinitis benefi-  
cijijs



eijs se satisfecisse iudicabant quibus redemptori nostro Iesu Christo in perpetuum deuincti manebant, qui cum vniuersorum sit Deus, creator, Rex & dominus, tamen vt nos à gehennæ pænis æternis redimeret, & à potestate diaboli saluos eriperet, tantopere se ipsum humiliavit exinanivitque, vt carnem humanam è gloriosæ Virginis Mariæ castissimis visceribus assumpserit, vt homo fieret nõ alium in finem, quàm vt triginta trium annorum spacio in hac lacrymarum valle vitam inopem continuis laboribus & ærumnis plenam duceret, & ad extremum post infinita se tolerata supplicia in cruce pendens mortem ignominiosissimam sustineret. Ex quibus Equitum sermonibus sumpsit Ismeria disputandi materiam, probare volens religionem suam veram esse & solidam, Christianam verò vanam & fallacem: Equitum tamen rationes & argumenta solidissima & convenientissima silentium eidem, non sine eiusdem pudore & verecundia, imposuerunt, sicque recessit ab eis scrupulis anxietatibusq; plena, suspectam habens legem Mahumetanam, patremque suum omnium, quæ inter se & Equites dicta factaque fuerant, admonuit: vnde in talem subitò versus est rabiem & furiam, vt decreuerit eos diro mortis supplicio afficere. Quapropter iussit vt in carceres molestiores & tenebricosos traherentur comprimerentur, & panis



panis portio, quæ eis in dies singulos concedi consueuerat, ex parte subtraheretur. Quod ut securius, omnique in oppositum formidine seclusa executioni sine fraude doloque mādaretur, carceris custodi clauēs abstulit, easq; Ismeriæ conseruandas dedit, ut sola sine comite eos accederet, eisq; panem solum & aquā deferret, idque in tam modica quantitate, ut vix per eam, nisi admodum difficulter, eorum vitam sustentare posset: hac ratione videlicet, quemadmodum etiam per continuam filia suæ cum eis conuersationem, adhuc futura sperans, ut in suam tandem pertraherentur sententiam, impiæ suæ voluntati plenè more gerentes.

*ISMERIA HORTIVM SYAVIBV8  
verbis plurimū commota petit sibi ab eis B.  
virginis imaginem fabricari.*

CAPVT IV.

**I**Smeria, Equitum blandissimis verbis pūatistisq; colloquijs, vel potius instinctu diuino iam pridem permota. volens eorū animos quæstionibus exagitare simul & eorundem audite responsa, carcerum custodiam lubens acceptauit, in quos summo mane subsequētis diei solam se intromisit. Portisq;



que ab ea referatis, & tribus Equitibus ab eadē humaniter saluere iussis, patris mandatum excusauit, quo fiebat vt nec cibum nec potum lautiozem, neq; etiam in maiori quantitate eis detulisset, dicens eorum nimiam obstinationem eius rei causam esse: quapropter supplicibus votis postulabat ab eis, vt eius sanum consilium sana mente amplexarentur, quo salutem animarum suarum possent procurare, à tam multis miserijs & molestijs se ipsos liberare, bona temporalia non parca possidere, tandemque ad summos honores feliciter pertingere. Iterum vero noua eos disputatione aggressus est, in cuius disputationis decursa ac discursa Equites domini nostri Iesu Christi gratia suffulti ita deducide profundissima misteria incarnationis verbi æterni, vitam, miracula, mortem, resurrectionem & ascensionem Iesu Christi, virtutes, prærogatiuas, merita, immaculatam virginitatem ante partum, in partu & post partum gloriofissimæ Virginis Mariæ proposuerunt, propositaque explicuerunt, vt domina Isneria ex Equitum suauis mellifluaque sermone non modicè permoneretur, eorumque verba ipsi tela flammantia esse viderentur, quæ cor eius penetrabant, cordisque penetratia mirum in modum accendebant. Domum verò regressa in conclaue suam se solitaria recepit, ibique spiritu gembundo graues gemitus a-

mirat



minique suspiria emisit; Equitum autem dulcia verba, præsertim verò ea quæ de B. Mariæ Virginis excellentia & dignitate audierat in memoriam piè reuocans, eaquæ sedula mente apud se meditans, identidemquæ reuoluens magnum & singularem suauitatis gustum intra cordis medullitium sentire sibi videre visâ est, sic vt vnaquæque hora mille anni viderentur ipsi, donec crastina luce suborta carceres repetere possset, simulque hac ratione illi daretur facultas prædictos Equites audiendi de hac eadem materia differentes: qui eam ex verbis eorum mirabilem dulcedinem excipere animaduertentes, felicem rei successum sperarunt, simulque ad fidei nostræ mysteria capessenda eam idoneam facere studuerunt, sicuti etiam gloriosæ Virginis Mariæ Dei matris vitam & miracula pro suo posse ac modulo ipsi enarrare conati sunt. Vnde & accidit ipsam tantopere ijs quæ de illa dicebatur affici, vt die noctuque nihil aliud mente pertractare videretur. Et quemadmodum is qui constanter diligit, continuè imaginem rei à se amate in conspectu suo esse repositam semperque sibi adesse præsentem concupiscit: ita prædictæ heroiissæ oborta est, & in dies horasque singulas accreuit voluntas quædam permagna & affectio imaginem eius conspiciendi, cuius virtutes tam varias, admirandasq;

præ-



prærogatiuas sermonibus suis & dignis præconijs antea Equites celebrarant, gloriosam videlicet Virginis Dei Genitricis. Vnde die quodam petijt ab eis vtrum penes se aliquam eius non haberent imaginem. Cui cum se non habere respondissent, subiunxit illa dicens: si possent & vellent sibi vnam fabricare, illis, inscio patre, quæ ad victum forent necessaria proferret in iusta quantitate promittens insuper se eosdem in libertatem restitutam, mediaque opportuna in Syriam, vel quo placeret, tuto redeundi præbituram. Qui ex eis maior natu erat, promisit, modò ligna & ferramenta proferret, se piam eius voluntatem executurum: Vnde plurimum exhilarata est. Verùm simulatque è carceribus illa discessit, iuniores magno stupore correpti propter fractis promissum, quod illis impossibile videbatur, non sine improprijs cum leuitatis accusabant, vtpotè qui id promiserat, ex cuius promissi violatione heroiissa posset contra eos maioris odij & indignationis occasionem sumere, & tandem deterius cum eis agere. Quibus respondit ipse eos minimè debere huius rei felicem exitum in dubium vocare, sed è contra sibi certò persuadere Dominum nostrum Iesum Christum, simulque gloriosam Matrem eius, ad quorum gloriam & honorè, Hæmeriæque salutem tali se promisso obstinasset



xerat, illis hoc in negotio pia sua ope & misericordia ad futuros.

**IMAGO SACRA DIVINITVS BELATA**  
*mirum in modum in B. virginis amplexibus  
Isueria rapuit animum & mentem.*

**CAPVT. V.**

**D**Te subsequenti ad Equites redijt secum ligna & instrumenta deferens fabricanda imagini necessaria cum copiosa annona, rogans eos vt in ea formanda adeo diligentem nauarent operam, vt in diem sequentem comperiret imaginem omni ex parte completam & absolutam. Vbi recessit heroissa, fratres duo iuniores denuo in stuporem propter concepti operis perseverantem in seniore voluntatem, versi, iterum eidem imprudentiam suam exprobrare ceperunt, vt pote qui vane id promississet quod prestare nullatenus posset. Sed ille hominis constantis animum proferens dixit eis non debere Dei omnipotentiam illo modo limitare, certisque finibus & mensuris vane circumscribere, a quo, gloriosae Virginis Mariæ interuentu, omne solatiū & subsidium expectare poterant & debebant: quam etiam ob causam eorum esse officium, pijs effusis precibus, pie ad eos suum captare per-  
fugium



fugium, eorumque sincero mentis affectu implorare sanctum auxilium. In hac autem spe diuinitus consolidati sanctum hoc sequentes simul & exequentes consilium, grauis eos inuasit sopor. Et sub mediæ noctis silentium, carceris locum tenebrosus splendor maximus circumfulsit, quem odor suauissimus comitabatur angelorum que melodia iucundissima, quæ Equites à somno excitauit. Quibus visis & auditis vehementer prima facie obstupescere, utpote qui iudicare non poterant per somnium ne an te ipsa contigissent ista. Verum ubi sibiipsis restituti sunt imaginem quandam gloriosæ Virginis Mariæ iuxta maiorem natu positam viderunt, quam placuerat Deo pro infinita bonitate sua & misericordia illis transmittere. Quamobrem tres illi fratres in genua proni confestim ante illam corruerunt, diuinæque maiestati deuotè gratias pro maximo hoc munere ac fauore in extrema necessitate accepto non ingrato animo retulerunt. & hoc quidem in sancto exercitio vsque ad Ismeriæ aduentum perseuerarunt, quæ summo desiderio videndi imaginem sibi ipsam permota, ad carceres, prima luce suborta, perrexit multis cibarijs onusta: quorum ubi portas aperuit, simulque splendorem & odorem insolitum cōspexit, Equites interrogauit vnde tale quid procederet: qui, propterea quod toti deuotis  
suis



suas precibus essent intenti, eius in carcerem  
aduentum perceperunt, neque quid ipsa ab e-  
is petierat audierunt: quæ causa fuit cur carce-  
rem subintrans proprius illos accederet: vbi  
tum eam agnoscentes, ipsi in hæc verba locu-  
ti sunt. O Domina heroïssa ecce imago sacra-  
tissima quam tibi promisimus, quam que diui-  
næ maiestati placuit nobis coelitus hac nocte  
immittere; pro certo tibi affirmantes illam  
hominum arte & industria nullatenus confe-  
ctam: in cuius rei fidem videas, si lubet, ligni  
portionem quam ipsa detulisti non minus in-  
tegram, quam erat tempore quo nobis eam  
obtulisti. Simulatque dicta heroïssa eam fuis-  
set intuita, magno cum deuotionis affectu  
poplite genuque flexo in terram se coniecit,  
dicens. O imago eximia atque preciosissi-  
ma, quamuis ita se res habeat quod sis supra  
modum formosa & omnium oculis gratissi-  
ma, nunc tamen firmiter credo gloriosam  
VIRGINEM per te representatam infi-  
nitis partibus te excellere in decore & pul-  
chritudine. Denique post complures alias  
orationes non dissimiles, ab Equitibus ob-  
nixè petijt quatenus ei hanc imaginem do-  
nare vellent sub hac conditione & protesta-  
tione, quod ab illa ipsa hora sectam MAHV-  
METANA M abnegare illi foret ani-  
mus, simul & pia voluntas seipsam pio pijs-  
simæ



simæ nec non & gloriosissimæ Virginis Mariæ & filij eius Iesu Christi seruitio mancipandi. Cui eius petitioni Equites facillè annuentes de nouo ipsis testificata est se infallibiliter quod promiserat executioni mandaturam, & eos intra paucos dies libertate donaturam. Tunc Equites propter animi voluptatem non modicam immodicamque hilaritatem, quam intra cordis sui medullas experiebantur, quæque propter heroiisæ conuersionem conceperant, dictæ imagini indiderunt nomen significans bonum omen: nomen, dico Mariæ Exhilaratricis. Ismeria ergò imaginem in proprias ædes deportauit, quam & postea supra tapetum nobilissimum pijsimè deposuit, ac iterum maxima cum reuerentia complures in eius præsentia easque humiles fudit preces, gloriosæ Virginis Mariæ opem efflagitans, quatenus eam doceret simul & subministraret media quibus Christianam religionem profiteri posset & Christianorum sacro numero feliciter ascribi, quia casu quo id pater suus resciret, fortiter ei semper obstitere, piosque eius conatus pro virili interromperet. Cùm finitis precibus longo tempore ante imaginem in cōtemplationis officio perseuerasset, eandem panno serico auroque contexto inuoluit, & in quadam arca recondit: postea vero ad patrem se contulit, cui pro certo affirmauit Equites intra breue temporis interuallum illi per omnia obsecuta-



secuturos: Ex quo maxima voluptate & animi oblectatione perfusus est, filiamque insuper ut rem feliciter inchoatam feliciter ad optatū exitum perduceret, est cohortatus. Verū illa (cuius animus erat ex diametro contrarius) imaginis amore, quo plurimum capiebatur, avidissimè detenta, non potuit cum imaginis absentia diutinam patris ferre presentiam, sed confestim discessit ab eo. Domum verò reuersa, imaginem deuotè resumpsit, cuius conspectus incredibilem illi adferebat animi iucunditatem: tuncque ad B. Virginem conuersa, talem ei ante eius imaginem obtulit precem.

*B. VIRGO ISMERIAM DORMI-  
entem alloquitur, & quomodo ipsa cum E-  
quitibus in Galliam vsque miracu-  
lose appulerit, propo-  
nitur.*

## CAPVT VI.

**O** Virgo sanctissima & cœlestis, non sine causa eaque iustissima te Equites Mariae Exhilaratricis titulo insignitam voluerūt, quandoquidem gratia tua sanctissima in tuæ solius imaginis contemplatione tantam lætitiæ exuberantiam in omnibus animæ facultatibus hauriam, lætitiæ inquam, inastima-  
M bilis



bilis, ac voluptatis incomparabilis, humili-  
 mē te deprecor quatenus pro me apud vnoū  
 eumque dilectissimum filium intercedere di-  
 gneris, vt Christiana effici merear, & sub fi-  
 nem vitæ meæ tibi seruire valeam in terris, re-  
 que præsentem intueri in cœlis: etenim quan-  
 do quidem in sola imaginis tuæ contempla-  
 tione tanto hic in terris perfundor animi gau-  
 dio, quamnam erit felicitas perfrui in cœlis fe-  
 licissimo tuo consortio? Hunc in modum Is-  
 meria reliquum diei cum notabili parte no-  
 ctis transegit. Insuper cum ipsa in somnum in-  
 cidisset, sibi in somnijs B. Virginem Mariam  
 videre visa est, quæ eam sic compellabat, di-  
 cens: Ismeria bono animo esto, ac in filio  
 meo vniuersorum Domino securè confidito:  
 Exaudita est tua oratio: nam pro te pijs pre-  
 ces ipsi obtuli, & ipse te in prædilectam fami-  
 lam elegit Equites è custodiæ molestijs libera-  
 es: a qua baptismali in salutem ablueris, & Ma-  
 riæ tibi nomen erit, quo ipsam et nuncupor.  
 Gallia per te thesauro inestimabili, donisque  
 innumeris decorabitur, cuius thesauri ratio-  
 nē nomen meum tibi magis quam præteritis  
 temporibus omnium sermonibus extollerur  
 ac celebrabitur. Postea verò æterna cœli glo-  
 ria tecum feliciter poteris per immensa sæ-  
 culorum sæcula: quibus dictis ipsa confestim  
 disparuit. Hisce autem ita transactis euigila-  
 uit Ismeria, sentiensque cubiculum suum va-  
 rijs



rijs ac innumeris odoribus admirandisque suauitatibus vnde quaque perfusum, putabat se in paradisi delicijs conuersari, ijsque ex parte suauissimè percipi. Quamòbrem nulla interposita mora surrexit è lecto, & ante imaginem orationibus institit vsque in diem subsequentem, omnino resoluta ad exequendum diuina monita, quæ acceperat in iam dicta visione nocturna, Collecta igitur à se sarcina monilium preciosissimorum quæ penes se habebat, pecuniaque non modica secum assumpta, ac in intempestæ noctis sequentis silentio imaginem deportans ad carceres lata contendit, quos miraculose patentes offendit, quemadmodum etiam Equites graui somno sepultos reperit, quos & idè excitauit: Excitati verò nimio stupore, propter eius aduentum in carcerem hora tam insolita, correpti, quid dicerent, cogitarentue non habebant, voce scilicet præ timore & pauore faucibus adhærescente: vbi autem quæ ipsi contigerat, quæuè ipsa facere decreuerat intellexerant, admodum magno repleti sunt gaudio.

Illæ ergo eos cohortata est, vt eam alacriter promptæque sequerentur, in Deo glorio-saque VIRGINE MARIA (cuius imaginem piè gestabant manibus) confidentes se ab omni infortunio præseuandos, ad portumque FELICEM felici-



citer perducendos. Simul autem è carcere pro-  
deuntes, vastissimum Cairum absque vlla re-  
mora & impedimento pertransierunt, tanis-  
perque processerunt quò vsque ad quoddam  
Nyl: astuarium pertigerunt: quod quomodo  
transirearent nescientes, simulque sibi pluri-  
mum metuentes ne si Sultanus de fuga eorum  
filiæque discessu admonitus subito mitteret  
quosdam qui eos vestigijs omnibus ynde qua-  
que conquirerent ac infestarentur: inde fie-  
bat vt admodum dubij anxijque hærent. In-  
terea temporis quo tam imminenti periculo  
mederi cogitabant, perceperunt nauiculam  
quandam ab altera littoris parte versus eos  
aduolantem, cuius clauum gubernaculum-  
que quidam adolescens tenebat, qui in hunc  
modum eos affatus est: ingredimini, inquit,  
hoc nauigiolum & vos ad littus vsque inco-  
lumes deducam: mentem vtique vestram a-  
nimumque noui. Cuius blandæ voci absque  
contradictione morem gerentes, confestim  
ad rippam oppositam perducti sunt. Vbi ve-  
rò ad terram appulerunt, simul cum nauigio  
disparuit homo: iter autem suum sine inter-  
missione facientes, cum ferè totam noctem  
in via laborassent, Ismeria ab iunere fatigata  
suos viæ comites rogauit vt fessa membra  
modica quiete refocillari sinerent. Quapro-  
pter à via regia paululum declinantes, ad  
quendam rubum sese receperunt omnes, ibi-  
demque



demque somnus inuasit omnes: Sicque graui  
somno correpti in patriam suam nataleque  
solum miraculosè iuxta fontem quendam  
sunt translati: quo in loco scilicet Comopo-  
lis B. Mariæ Exhilaratricis, nunc sita est. Vbi  
postea à somno euigilantes, Ismeria Equiti-  
bus dixit: re ipsa comperio visionem meam  
felicem sortitam effectum, nosque in Galliæ  
finibus residere. Inter hæc autem mutua collo-  
quia non longè ab eis vtricularium vtre  
suo lusitante audierunt: quam ob causam  
recta ad eum contenderunt, Ismeriam iuxta  
fontem relinquentes: quæ sibi metuens ne sui  
obliti eam in totum desererent, magna cum  
festinatione eos insecuta est, imaginis oblita,  
quam iuxta fontem reliquerat. Vbi vero ad  
opilionem, cuius nunc harmoniam audierat,  
appulerunt, idiomate ab eo Arabico petie-  
runt quonam in loco tunc versarentur, sibi  
persuadentes se adhuc Aegypti fines tenere:  
Quibus respondit se quid vellent non intelli-  
gere, utpote qui lingua incognita ac barbara  
cum ipso agerent. Tunc autem per opilionis  
colloquia toti admirabundi agnouerunt se  
Galliæ partes tenere & quidem Marchiæ (cu-  
ius territorij ipsi erant dynastæ & domini)  
vicinas. Quod gloriosæ Virginis Mariæ me-  
ritis & precibus acceptum referentes, in ge-  
nua proni corruerunt omnes, eique summa  
cum humilitate gratias quas potuerunt maxi-  
mas



mas egerunt, & magna cum animi oblectatione versus Marchiam, dicto pastore omnium comite, iter facientes, Ismeria recordata est imaginis, à se iuxta fontem depositæ, ibidemque per incuriam omissæ: Equitesque obnixè rogauit vt fontem vnde venerant cum illa repeterent, imaginem resumendi asportandique causa, quam aquis vndique conspersam reppererunt: fontanis videlicet aquis, mirabile dictu, è fonte exilienubus, vt quamuis illæ rationis forent expertes, debitos tamen illi exhibuerunt honores: Vnde & accidit aquam illam multis annorum curricula, propter dictæ imaginis contractum, sanasse varios malè febre affectos, alijsque infirmitatibus diuersimodè oppressos.

ORIGO TEMPLI B. MARIÆ  
*Exhilaratricis demonstra-*  
*tur.*

CAP. VII.

**I**Magine per Ismeriam resumpta, vnanimi consensu decreuerunt dicto in loco eadem sacram in honorem B. Virginis Mariæ edificare, vt in ea dictam imaginem reuerenter multo cum honore deponerent, simulque in prodigiosi raptus eorum translationisque miraculosæ sempiternam memoriam. Verum  
quia



quia locus huic ædificio extruendo parū in-  
doneus & conueniens videbatur, supradictus  
opilio locum alium non longe ab isto distitū  
eis ostendit, vbi nosocomium seu hospitium  
constructum visebatur. Illo ergo in loco sta-  
tuerunt Equites dictam ecclesiam proprijs  
sumptibus ædificare: cupientesque illo ipso  
die sub horam matutinam in Marchiense ca-  
strum venire, incæptum iter profecuti sunt:  
cumque horum quendam pertransirent, Is-  
meria experta est in instanti imaginem tanti  
sibi ponderis & oneris esse, vt coacta fuerit e-  
am supra terræ superficiem deponere. Quo  
iudicio diuinitus illis dato subintellegerunt  
illum verè locum esse à Dæo præelectum, in  
cuius ambitu gloriosa Virgo Maria volebat  
imaginem suam collocari ac debito cultu ho-  
norari. Quapropter nouo voti vinculo sese  
obstrinxerunt ad ecclesiam prædictam dicto  
in loco secundum illius beneplacitum con-  
struendam. Vix autem votum emisserant, &  
ecce, mirabile dictu, imago naturalem qua  
antea habebat resumpsit qualitatem natura-  
leque pondus. Eaque deuotè denuò assum-  
pta, Marchiam versus ac deinde Eppeam iter  
facientes, aspirarunt: vbi magno parentum  
subditorumque gaudio & applausu, eo quo  
digni erant honore, excepti sunt. Per aliquot  
autem dies ibidem lassis membris data quie-  
scere, **LA VDV NVM** iuerunt Ismeria com te,



quæ per dictæ ciuitatis Episcopum è sacris fontibus in vitam nouam est regenerata, Mariæ illi indito sacro nomine Postea verò ab eodem Episcopo impetrarunt facultatem ecclesiã construendi, pro: ipsi antea promiserant, atque etiã determinauerant, iuxta scilicet nosocomium ipsi ab opilione antea prænotatum. Ibidem sacra per eos extracta ædicula, sanctam eodem in loco, venerationis ergò, exposuerunt imaginem. Sed quis rerum cœuentus: isanè magnopere admirandus: die siquidem subsequenti eam in supradicto viuidario compererunt. Ex duobus autem hisce ad oculum diuinitus patratismiraculis manifeste agnouerunt se dictam ædiculam in horto supra memorato construere debuisse: cui lubenter annuentes, paruam ædiculam ex ramis, quo potuerunt modo, fabricauerunt, aliud præstantius ædificium cum tempore præstolantes. Vbi verò locum istum sibi coemerunt, fundatores extiterunt ecclesiæ, quæ etiãnum hodie visitur, atque sub Mariæ Exhilaratricis suauissimo nomine admodum vbiuis terrarum celebris extat & famosa. Quo in loco diuinæ complacuit maiestati gloriosæ Virginis Mariæ interuentu complura (quemadmodum & in dies fere singulos adhuc eduntur) eaque maxima & præstantissima edere miracula. Maria autem (cui antea Ismerig nomen erat) iuuenula herouilla reliquum idque modi-



modicum vitæ suę tempus in continuis precibus, ieiunijs ac elemosynis transegit, & quidem in societate sanctoq̃ue consortio matris Equitum sæpè nominatorum, quæ erat heroïssa vitæ admodum sanctæ & exemplaris. Vbi verò cessit è vita, vitam scilicet miseram cum beata commutans, corpus eius in eadem ædícula B. Mariæ Exhilaratricis tumulo mandatum est. Hæc autem historia inter scripta Fratris Melchioris Bansi, olim ordinis Sancti Ioannis Ierosolymitani Equitis, reperta est ad Dei, sanctissimæque Matris eius maiorem gloriam, cunctorumque in Christo fidelium consolationem maximam, vt discant Dei matrem pio cultu semper honorare, ac in omnibus suis angustijs debita cum humilitate & reuerentia eius opem implorare.

M 5

MIRA





MIRACVLA  
 QVAEDAM STVPENDA  
 QVAE AD BEATAE MARIAB  
 EXHILARATRICIS IN-  
 uocationem contige-  
 runt.

HOMO QUIDAM B. VIRGINIS  
*ope à suspendio stupendè libe-  
 ratur.*

MIRAC. I.



ANNO salutis 1139. homo  
 quidam planè inops rerum  
 (cui nomen Petrus Fourci-  
 us) tum vitæ propriæ, tū fa-  
 miliae suæ sustentandæ ne-  
 cessarium, cum neminè re-  
 periret qui eius opera uti vellet, cuius exerci-  
 tio lucrum aliquod faciens in sudore vultus  
 sui vesceretur pane suo, tandem necessitate  
 compulsus vicinorum bona furto auferre  
 didicit, viam modumque non ignorans se  
 in eorum pensile intromittendi, ci-  
 dem



demque se subtiliter ingerendi, in quo magna frumenti suberat copia: Eorum autem quidam animadvertentes frumenti cumulū plurimum eis in dies imminui, hominem vero inopem qui antea magnis vitæ angustiis premebatur tunc satis fortunatè & comitodè vivere, id prædictos vicinos permouit vt de eo sinistras cogitationes conciperent, tandemque etiam apud eosdem in magnam furti suspicionem venit: quamobrem adeò diligenter eū hinc inde obseruarunt, vt eundem in flagranti facinore tandem deprehenderint, deprehensumque egregiè fustibus exceperint ac captiuum in custodiam abduxerint. Eò miseriarum miser miserè redactus, ad B. Mariæ Exhilaratricis opem confugit, sæpius eius adiutricem manum ex toto cordis medullitio implorans Exinde à Prætoze super eā re interrogatus, absque vllō veritatis fucato velamine liberè in quo deliquerat confessus est: vnde & morti est adiudicatus. Ad locum autem patibularem perductus, denuò ad Virginem Dei Matrem, miserorumque aduocatam piè recurrit, deprecans eius meritis & precibus eum, vita incolu ni, à morte præseruari. Finitis precibus per carnificem laqueo suspensus est, & ita quidē vt omnes eū iā mortui credētes à loco patibulari recederent, miserum scilicet hominem relinquentes in patibulo penden-



rem, non (ut purabatur) exanimem, sed lucis huius vsura diuinius fruentem. Tribus diebus post, quodam pastore ouium iuxta patibulum iter faciente miserum hunc hominem conuenerentem audiuit, cur eam tam diu iustitiæ ministri ibidem suspensum sinerent: ad instantiam autem miseri hominis misericordia motus, subito se ad vrbis Præfectum contulit, grande spectaculum quod viderat eidem denunciaturus. In via autem cum esset occurrerunt illi qui dicti hominis suspendium procurauerant, sibi que persuadens illos esse quosdam iustitiæ ministros, eisdem significauit miserum quendam hominem à tribus diebus pensilem ad furcam hæere, qui cum adhuc viueret, sibi in totum vitam citò adimicupiebat potius quàm cum diuturna mortem sic collectari ac languescere permitterent. Isti in admirationem rapti rei tam nouæ & insolitæ, sine mora ad patibuli locum conuolant, sealam arripiunt, illamque conscendant, alta petunt, ensesque in miserum è vagina educunt, sicque eundem iterum iterumque & sæpius confodiunt, & per violētas manus suas violentam ipsi mortem inferrent, quod tamen minimè præstare potuerunt. Opilio tam atrox immanèque facinus non sine animi amaritudine ac miserimi hominis commiseratione oculis conspiciens, ad vrbis Præfectum velocè accurrit, totam rei seriem euen-

tuum.



tumque tristem fideliter ei relaturus: qui confestim in viam se dedit, quod factum fuerat explorandi gratia: Sed, ô prodigium maximè stupendū, namq; duos hosce vicinos pedibus ita scalæ colligatos & affixos comperit, vt ab alto per descensum terrā repetere nequirent. Horrendum hoc spectaculum videns Præfectus, ex misero inquisiuit causam cur mori nō posset, & quisnam contra mortis furibundos insultus sic eum saluum & incohumem conseruasset. Cui miser homo respondit id B. Mariæ Exhilaratricis meritis consecutum, cui seipsum deuouerat peregrinum. Quam ob causam Præfectus lata sententia decreuit ac etiam præcepit duobus vicinis vt miserum à suspendij laqueo liberarent, simulque eodem condemnauit vt eundem proprijs sumptibus sanandum curarent, & quæ ad vitæ suæ suorumque sustentationem necessaria forent, ei per totam vitam præberent. Vbi verò in integrum restitutus est homo, ad B. Mariæ Exhilaratricis ædiculam venit peregrinus, ei ingentes acturus gratias, cuius precibus fuerat à morte præseruatus.



NOBILIS QUÆDAM FÆMINA IN  
 ignem coniecta, nullum ab igne, B. Virgine  
 sic eam præseruante, detrimentum  
 est perpeffa.

## MIRAC. II.

SALUTIS ANNO 1152. in comitatu Niuernensi  
 ducatuque Bituricensi accidit nobilem  
 quandam feminam adhuc iuenculam com-  
 misisse gnatam suam vxorem cuidam homini  
 tum honesto tum etiam animi donis virtuti-  
 busque ornato, alio in loco domicilium habē-  
 ti à loco prædicto sex aut septem milliaribus  
 distante. Hæc autem illustris fæmina tanto  
 dilectionis erga generum ac filiam suam fe-  
 rebatur affectu, vt eos sæpius inuiseret & apud  
 eosdem satis diutino tempore commorare-  
 tur cum eis animum suum relaxans & genio  
 non parum indulgens: nonnunquam etiam  
 simul familiari congressu parentes ac cõsan-  
 guineos cum illis inuisibat, & ad pia loca cū  
 eisdem peregrinationis ergo piè se transfere-  
 bat. Quodam autem die illius mentem subijt  
 quidam pius affectus B. Mariæ Exhilaratæ  
 se peregrinam faciendi, cõ quod B. Virgini  
 plurimum afficeretur: in cuius rei euidentis si-  
 gnum eam singulis diebus ex animi sincerita-  
 te inuocabat. Vbi, peregrinatione completa  
 domum redijt, vicini percipientes eam tam  
 frequenter cum genere suo conuersari, pidi-  
 scia



etia eius per sinistram suspensionem quam de  
ea conceperant, in dubium vocata est, utpotè  
quæ adhuc satis iuencula esset ac formosa.  
Inter cæteros autem mulier quædam peruer-  
sa lanionis cuiusdam vxor, nobilem istam fe-  
minam ad se euocans & paululum cum ea se-  
cedens indiseretè admodum mentem suam  
ei aperuit, declarauitque suspensionem sinistra  
in quam venerat propter frequentem, quam  
cum genero suo habebat, conuersationem.  
Quibus auditis sermonibus tantopere illa cõ-  
mota est, tantaque indignatione & stomacho  
repleta, ut genero suo mortem machinari de-  
creuerit, quam & paulò post eidem miserè in-  
tulit. Quo iniquo ac nefando facinore à se  
perpetrato, talem facti sui detestationem ani-  
mique amaritudinem concepit, ut nihil nisi  
ploratus & lacrimas ederet, simulque B. Ma-  
ria Exhilaratricis opem quotidie imploraret,  
quo sic dictum hoc homicidium in notitiam  
hominum minimè deueniret. Vbi autem cri-  
minis huius ipsam pænituit, illud ipsum sacer-  
doti p confessionè exposuit, à quo & absolu-  
tionè accepit. Verùm cū accidisset miserū hūc  
hominem illam ad impudiciæ opera sollici-  
tasse, minimè verò quod petebat impetrasse,  
eandē apud iudicē homicidij in persona gene-  
ri sui perpetrati, accusauit. Quod grāde suum  
scelus vbi palam coram iudice confessus est,

COR.



confestim vt flammis ante proprias aedes ad-  
usta vitam finiret, contra ipsam lata est sen-  
tentia, Misera domina tristitiæ desolationis-  
que iaculis extremè confixa, ad B. Mariam  
Exhilaratricem suam semper accepit per-  
fugium, sicque omnem salutis suæ ancoram in  
precibus meritisque eiusdem collocavit, vt se  
saluam & incolumem euasuram sibi pro cer-  
to persuaderet. Illo autem ipso die quo vitæ  
suæ capitalem audire simul & perferre debe-  
bat sententiam, vbi ad locum supplicij, vt  
flammis comburenda traderetur, fuit per-  
ducta, quò magis carnifex eam in medias flam-  
mas conijcere conabatur, tantò magis ignis  
ab ea re ipsa recedere videbatur, & quidem sic  
vt in ignem coniecta, nullum ab igne sit in-  
commodum perpeffa: quam ob causam Præ-  
fectus plurimum obstupuit, ab eademque  
petijt quidnam hunc in modum eam ab ignis  
ardoribus præseruasset: cui respondit se hoc  
beneficium B. Virginis Exhilaratrici acceptum  
ferre: & tunc demum iudici ipsa insinuauit sa-  
cerdotem quendam reuelasse ac reuelando  
impiè violasse secretum suæ confessionis,  
quia peruersæ ac effrænatae eius libidini & cu-  
piditati acquiescere renuerat. Inter autem lo-  
quendum ipsa repentino casu sacerdotem ibi  
præsentem conspexit, eumque iudici com-  
monstrauit, & in instanti eundem diabolus  
in totius populi conspectu visibiliter abripuit  
vltorius



ulterius ab hominibus minimè conspicien-  
dum: dicta verò domina B. Virginis interuen-  
tu vitam sortita est incolumem.

*AD EIVSDEM INVOCATIONEM  
mulier sterilis concepit paritque prolem,  
& proles emortua reuocatur  
ad vitam.*

MIRAC. III.

**M**ercator quidam in Burgundiæ parti-  
bus erat, qui nullam ex vxore prole  
susceperat, nec suscipere poterat: ex quo factū  
est vt seipsū B. V. Exhilaratrici deuouerit per-  
egrinum, & diculam suam visitaturum se pro-  
mittens, casu quo precibus eius voti sui com-  
pos efficeretur. Voto facto, vxor eius, anno  
nundum euoluto, gestauit vterum. Puerperij  
autem tempore imminente, vno scilicet mē-  
se circiter ante, dictus mercator dictum vo-  
tum implere gestiens, ad iter peregrinationis  
ergo versus sacram ædem B. Mariæ Exhilara-  
tricis se accinxit. Verū latronibus ac prædo-  
nibus ex inopinato in ipsum impetum facien-  
tibus, eundem in via spoliauerunt, omniaque  
ei diripuerunt; ad arborem eum postea alli-  
gantes, cui duobus aut tribus diebus fixus ad-  
hæsit, à qua tandem per quandam iuencu-  
lam liberatus est, pijs à se B. Mariæ Exhilara-  
tricis



trici effusis precibus. Interea temporis vxor  
 eius filium specie formaque decorum enixa  
 est: sed diebus quindecim post à pueri in hanc  
 mundum natiuitate, matre balneum, vt se la-  
 uaret, ingressa, ibidemque ipsa obdormiscen-  
 te, puer, quem manibus ten- bat, ipsius incur-  
 ria inter aquas collapsus est, & exinde aquis  
 etiam præfocatus. Huiusce lamentabilis eue-  
 ntus, Prætor commouens, mortis capita-  
 lem sententiam in ipsam protulit. Verùm ma-  
 ritus, soluto peregrinationis voto, ad propria  
 rediens quarto die à morte pueri, qui iam se-  
 pulchræ beneficio terræ visceribus erat demã-  
 datus: cum subintellexisset contra vxorem su-  
 am mortis latam esse sententiam, quam & il-  
 lo ipso tempore executioni mandari conspi-  
 ciebat, festinus ad Præto-rem transuolauit, di-  
 xitque ei se vxorem conuentam cupere: quod  
 & illi permissam est. Cumque ex eadem in-  
 tellexisset puerum eximie fuisse pulchritudi-  
 nis, Præto-rem rogauit vt in eius præsentia cõ-  
 spiciendus sisteretur. Quamuis autem, vt di-  
 ctum est à quatuor nunc diebus inhumatus  
 foret, adeò nihilominus importunis precibus  
 apud Præto-rem egit, vt eum è terra effodi ac  
 in Prætoris præsentia deportari impetraue-  
 rit. Quo facto (mirabile dictu) pueri corpus  
 mortuum balsami odorem spirare videba-  
 tur. Tunc pater videns filium mortuum  
 adeò



ad eò venusta facie esse ac rubicunda; in genua pie corruens ad eò instanter ac sensibili voce B. Mariam Exhilaratricem inuocauit, vt ab omnibus quid diceret intelligeretur. Huiusmodi autem sua fuit oratio. O speciosa Domina, hic puer precum tuarum virtute & meritis nobis donatus est, te humiliter supplico, ostende miraculosam potentiam tuam: firmiter namque credo te hac in re ab vnico filio minimè passuram repulsam. Hisce dictis (ò stupèdum miraculum) nulla interposita mora, puer qui antea iacuerat exanimis, complures voces & suspiria edidit in Prætoris ac totius magistratus præsentia: quod iudicem permouit vt mulierem cum marito suo libertate donaret.

*QUIDAM CONTRA LEONVM:  
rabie mirabiliter illæsus conseruatur.*

MIRAC. IV.

**N**OBILIS quidam fuit cuiusdam Comitum nepos, qui duarum meretricum falso relatu & calumnia (quæ ei falso, Virgini stuprum imponebant) ad leones damnatus est, vt inquam, leonum immanitati violenter obtrusus in eorum fovea  
lanna



immaniter dilaniaretur: quod & executioni  
mandatum est tempore quo auunculus eius  
ad B. Mariam Exhilaratricem peregrinatio-  
nis ergo profectus erat: siquidem in leonum  
fossam, vt vnguibus dentibusque eorum di-  
scerperetur, præcipitatus est, aureique cen-  
tum puellæ, quæ ab eo coactuprata diceba-  
tur, numerati sunt, Accidit autem postea Dei  
iustissimo iudicio ambas meretrices sub qua-  
rum deprauato regimine puella viuebat, sibi  
mutuo violentas manus cum ipsa morte attu-  
lisse. Tribus iam septimanis euolutis, vbi co-  
mes ipse à suscepta peregrinatione ad propria  
rediisset, nepotem suum ad se euocauit: Cui  
mortem obiisse, eūq; vita defunctū resposum  
est. Cūq; mortis eius causam & occasionem  
intellexisset pia oratione B. Mariæ Exhilara-  
tricis implorauit opem, ac illa eadem hora fo-  
ueam, in quam dictus suus nepos coniectus  
fuerat, perlustrare voluit. Reserata autem fos-  
sa idem eius nepos in hunc mundum excla-  
mare cæpit, dicens: Erratis vos qui me ex hoc  
loco non extrahitis. Iudex graui stupore atto-  
nitus, sine mora eum plane illæsum, ac abo-  
mni incommodo vindicatum extrahi iussit,  
dicente ipso se eo in loco continuo dormi-  
tasse, seque B. Mariæ Exhilaratricis precibus,  
cuius sanctum subsidium frequenter consue-  
uerat expetere, contra leonum furibundam  
rabiem præseruatum fuisse.



**PVER MORTVVS ANTEQVAM**

*natus vitæ restituitur, ac baptisatur,*

*voto B. virginis per matrem*

*emisso.*

**MIRAC. V.**

**A**Nno supra millesimum quingentesi-  
mo quinquagesimo quarto insigne  
hoc quod sequitur miraculum Lauduni con-  
tingit: Si quidem mulier quædam vterum ge-  
stans cum partus tempore adueniente quatuor  
dierum spacio foetum in lucem edere non  
posset, omnibus medijs ac remedijs humanis  
vadequaque diligenter à se exploratis, cum  
nullū sui mali leuamen experiretur, propterea  
que maximis premeretur angustijs & dolori-  
bus, confestim postea ad sacratissimam Vir-  
ginem Mariam Exhilaratricem tanquam ex-  
tremum mali sui per fugium recurrit, seque  
sacratæ eius ædiculæ peregrinam deuouit.  
Quo facto mulier subito à puerperij acutissi-  
mis doloribus & pressuris euasit libera: verū  
puerō in hunc mundum nato nullum vitæ  
vestigium elucebat, sicque exanimis quatuor  
horarum spacio infans permansit. Quod ma-  
ter conspiciens, flexis genibus iunctisq; ma-  
nibus, ac eisdem in cœlum subleuatis, Dei  
matrē orauit, quatenus precibus suis filio suo  
vitam & baptisimi gratiam impetrare digna-  
retur, & in tanti beneficii gratam memoriam  
sacrum



facrum solemne coram imagine B. Marię Exhilaratricis decantari curaret, simulque in honorem sanctissimę Trinitatis cereum trium pondō offerret. Hac sua oratione completa (sō misericordia & potentia Dei ac Marię eius immensa) puer corporis motibus incepit vitę signa certa præbere, sicque postmodum meruit baptismi gratiam salutariter suscipere.

*DAEMONIACVS QVIDAM VREVIENSIS ab op. pressione 27. demoniorum liberatur in ecclesia Beate Marię Exhilaratricis.*

## MIRAC. VI.

**P**Io quarto. & post eum Pio quinto Romano Pontificibus, nec non & Carolo huius nominis nono Gallię Rege Christianissimo anno 1565 Nouembri die tertio circiter horam 3. pomeridianam accidit in ciuitate Vreuinensī feminā quandā iuuenulā nomine Nicolaā Aubry annos 15. vel 16. solūmodo natam Petri Aubry ac Catharinę Villot filiā: accidit, inquam, ei (sola cum esset in ecclesia pro defunctis pijs ad Deum fundens preces poplite flexo supra aui sui Ioachimi Villot tumulum) apparuisse vmbriam quandam spectie præferentem hominem linteis, ad modum hominis sepulti, circumuolutum, tribus



bus vicibus eam compellantem ac etiam alloquio prosequentem, qui se auum suum iactitabat. Quod & credit ipsa, & sine mora in eam subintravit, adeoque grauitereandem contorsit, vt eorum qui aderant iudicio, e corporis ergastulo anima eius migratura videretur: quam etiam ob causam extremæ vntionis oleo inuncta fuit. Ipsi tamen sensibus & vita veluti destituta auus suus (qui primo in forma hominis sepulti ei & exinde etiam alijs apparuerat) interiùs apparebat ac loquebatur. Illa verò sibi sensibusque restituta ac animi resumptis viribus, parentibus suis significauit auum suum supradictum denudò, modo quo supra, ipsi apparuisse, subindicans ad hoc vt à purgatorij pænis liberaretur (quibus defectu confessionis detinebatur, quam subita morte præuentus statim à cæna facere nō potuerat, quā eū ob causā nemini declarare nequiverat: pia sua vota, quibus, dū viueret, se obstrinxerat) necessariū esse vt procurarent celebrari missas, elargirentur eleemōsynas ac votiuas peregrinationes, quas ex proprio eius ore intellexerat, piè suscipere & defacto etiam implere. Posteaquam autem parentes & amici eius peregrinationibus, missis & eleemōsynis ritè adimpletis, aduenerunt dictam Nicolaam Aubry non minus quàm antea agitari ac torqueri, opinabantur eam ideo hunc in modum con-

tinuè



tinuè exagitari, quia votum peregrinationis ad S. Iacobum necdum erat impletum, vel in alia bona opera commutatam. Cui tanto incommodo dicti parentes occurrere cupientes, quorundam piorum virorum secuti consilia rogarunt magistrum Claudium Lautrichetum, vnum ex pastoribus supra dicti Vreuenij cum magistro Claudio Lourdetio ludi magistro, quatenus istum auum coniurare velent, quæ prædictæ Aubry sese umbraticè per representationem offerrebat. Quod dicti Lautrichetus & Lourdetius fecere: in prioribus autem exorcismis prædictus auus, intermedio dicto Aubry organo, respondit ( prout semper postea fecit) se à Deo esse, ab eoque & à Ioachimo V Villot missum, eiusdem Ioachimi angelum bonum: verùm ex fructibus ac operibus eius malignis malignum ac satanicum spiritum esse certo certius iudicatum est: quemadmodum etiam paulò post per Fratrem Petrum à Motta ordini S. Dominici Prædicatorem efficacibus rationibus demonstratum fuit, simulque pro certo comprobatum fuisse spiritum mendacem ac diabolicum. Quam etiam ob causam, quamdiu dictus religiosus Vreuenij commoratus est, continuis exorcismis in nomine Domini eum quantum potuit compulit à dicta Nicolæa discedere. Auus verò rei veritatem ulterius ( quamuis antea animosè admodum suas partes defendisset)



diffet) minimè valens dissimulare, tandem exorcismorum vi ac virtute fateri compulsus est sibi Beelzebub nomen esse, seque solū in dictam Nicolaam nō aliam ob causam accessum habuisse ac eam obsedisse, quā quia eiusdem Aubri mater ac maritus eam illi deuouissent, & quia ipsamet illum auum suū esse credidisset. Illum autem malignum spiritū fuisse per insolitas ac horridas torsiones, quibus Nicolæe membra miris modis exagibat, satis & plus comprobauit: vtpotè qui eam (dum scilicet sacerdotes illā exorcismis premebant, ac eidem sacram hostiam offerebāt) eò miseriarum miserè miseram redigebat, vt sine sensu, sine motu quasi truncus quidam immobilis ac inanimatus ad tempus constitueretur. Neque solomodò in hac priori specie seipsum ei conspiciendum obtulit: verum etiam in hominis furibundi, deformis ac tenebricosi forma: quod ipsam permouit, vt deinceps auum suum esse nullatenus crederet: ille verò in instanti eam de loco suo in alium trina vice violenter transtulit, semper miseram istam creaturam miserimè contorquēs. Nihilominus exorcismorum virtute ac potestate fateri coactus est se nullam in dictæ Nicolæe animam, sed in solum corpus accepisse potestatem, quia ex quo malignum spiritum esse aduerterat, nihil ei per voluntatis consensum dare voluerat. Metuens autem ipse ac illa

N sub



sub horam matutinam venerabilis sacramen-  
ti viatico reficeretur, quemadmodum in pa-  
tris sui ædibus facere consueuerat, nunc mu-  
tam, nunc cæcam, nunc surdam illam esse-  
cit, hunc scilicet etiam in finem ne latrocinia  
confiteretur, quæ ipsi fuggerat, & ad quæ  
perpetranda ipsam se in parentum suorum æ-  
dibus sollicitasse nouerat. Nihilominus tamẽ  
Dominus Deus ac totius vniuersi Fabricator  
hunc malignum spiritum non permisit in i-  
stam miseram creaturam tantopere dæseuire,  
vt eidem miseræ hoc in statu constitutæ ali-  
quid lucis & iudicij naturalis non foret resi-  
dum, quo per signa quædam & indicia, ex-  
terna, (vt potè digitos ori aponendo) declara-  
ret se corporis sui alimenta, quibus vitam su-  
stentaret expetere, vsquequo per suum ad e-  
am reditum noua illam obsessione inuade-  
ret, magisque quàm antea contorqueret. Tū  
verò per certa temporis interualla plus solito  
obganniens pia aliorū opera impio risu exci-  
piebat, vera falsis cōmiscibat: nūc de hac nūc  
de illa persona nonnunquā iocabatur, quorū-  
dam ibi tum præsentium occulta ac secretio-  
ra peccata palam accusans, quæ sacerdoti in  
confessione, quæ (confessa autem, vt pote de-  
leta, nullatenus attingebat) nunquam per eos  
fuerant proposita: quæ ita se habere eorum  
quidam libere agnouerunt. Omnia autem an-  
te di-



te dicta fiebant tempore quo ordinis sancti  
Dominici Religiosus & Prædicator supra di-  
ctus aduentus tempore disseminabat Vreui-  
nij verbum Dei in Ecclesia parœchiali: qui  
coniurationis hoc onere à se suscepto, supra  
dictas ecclesiasticas personastam in templo  
quàm extra indiuiduas comites semper ha-  
bebat, quo sic præsentium precibus contra  
maligni spiritus malignos conatus validiùs  
corroboraretur: suis siquidem concionibus  
Vreuinij ab ipso habitis, populum ad pietatis  
deuota exercitia instigabat, vnumquemque  
illorum piè incitans vt suam purgaret con-  
scientiam, simulque vt in processionibus ob-  
eundis, quæ in dies singulos Vreuinij fre-  
quentabantur, constanter perseveraret: Vir-  
tute quorum operum sanctorumque exerci-  
tiorum, sed præsertim per sanctæ viuificæque  
crucis contactum ori eius, oculis & auribus  
applicatæ, cæpit illa loqui, videre simul & au-  
dire. Quo temporis lucido interuallo, omni-  
um eorum, de quibus spiritus malignus eam  
accusauerat, perfectam exomologesim fecit,  
& cum absolute subitò sacrosanctam ho-  
stiam non minus humiliter quàm reueren-  
ter accepit. Quod aduertens Beelzebub, quam-  
uis in sui subsidium complures dæmones ad  
se euocasset, nihilominus tamen propter di-  
uinissimum sacratissimi corporis Iesu Christi



in sancta hostia à prædicta Nicolaa susceptū sacramentum, sæpius intra vnius horæ spacium se deuictum debellatumque conspexit, nec non & publica protestatione coactus est testimonium perhibere veritati. Hac verò ratione eadem Nicolaa se in instanti mente & corpore sanam, deuotione feruentem, ac gratissima pulchritudine naturalem excedente decoratam comperit. Beelzebut ergo vbi rerum experimento didicit sibi per realem corporis Christi in sacramento præsentiam dimittendam esse prædam, simulatque eam occupauerat, statimque ab ingressu cogitandum de recessu, simul dicere ac confiteri coactus est deformatæ religionis ministris, qui ad illum exorcisandum sese temerè offerebant, nihil se eorum gratia facturum, vtpotè quorū se magistrum & Dominum se esse pro certo prædicabat, simulque illos, (quos ideo plurimum adamabat) suos esse ac suæ subesse potestati & voluntati. Cum, inquam, Beelzebut videret, ac modo quo dixi, etiam experiretur statim ab ingressu sibi loco violenter cendum, vnam ex tibijs dictæ sæpius Nicolæ, occupare cæpit, in eaq; resedit: postea verò brachium sinistrum ita occupauit, vt, ipso abeunte, dicta membra omni sensu motuue naturali destituta consisterent: ipso autem de nouo eam obsideate, postremo membro magis utebatur quam primo. Malignus vero iste spiritus



ritus his quæ antea fecerat minimè contentus, triginta dæmones, in suam ipsius maiorē securitatem & protectionem, assumpsit, qui se ipsos dictæ Nicolæ visu admodum horridos repræsentabant; nunc siquidem veluti felles quidam atrii & corpulenti ad instar veruecum grandium se illi obtrudebant, qui eam suffocare volebant, nunc in ardentium facularum specie sulphureum odorem valde redolentium, quæ in os oculosque eius sese ingerbant: vnde fiebat vt ipsa fermè extingueretur. Dictæ hæ species & imagines mirum illi incutiebat timorem, simulque, vt manibus oculos obuolueret, efficiebant. Hoc autem in statu luctuoso & miserando constituta, per patrem & matrem in B. Mariæ Exhilaratricis prædictam ecclesiam perducta est, supra dicti Religiosi felici consortio comitata: vbi exorcismo ritè completo, tandem virtute venerabilis sacramenti corporis saluatoris ac redemptoris Domini nostri Iesu Christi in sacra hostia à se percepti viginti sex & triginta dæmonibus, qui illi recenter in Beelzebut opem & subsidium aduenerant, fugati sunt: dieq; subsequenti alius quidam, cui Legio nomen erat, expulsus est in ecclesia pagi Petri Pötani sanctorum sanctarumque precibus & intercessionibus, quorum reliquæ sanctæ ac sacra phætra ibidem requiescebant. Quia verò omnes expellere non poterant (prout ipse met Beelze-

N 3. but



but prædixerat) sed quidam Episcopi Laudunensis pia opera ac industria expellendi remanebant, inde factum est vt dicta Nicolaa per patrem & matrem aliosque consanguineos Laudunum deducta sit quadam feria quinta Ianuarij die 24. anno verò 1566. quò vbi appulerunt, vix hospitium, in quod se diuerterent, inuenerunt: propterea quod omnes formidarent suis ædibus excipere demonem, qui hominum peccata etiam secreta publicè prodebat; nihilominus tamen in porcellorum hospitium tandem diuerterunt: Sicque eam reuerendissimi in Deo patris, Domini Ioannis à Boursio, Episcopi meritissimi ac Ducis Laudunensis paternæ fideli, fidæque tutelæ commiserunt, qui iam se hunc in finem Vreuniunum transtulerat. Dominus autem noster Iesus Christus à Vreuniensi territorio Laudunum vsque, ope (vt illis visum est) cuiusdam adolescentis eos omnes contra aquarum periculosa infortunia incolumes conseruauit: quemadmodum reuerendi in Christo patris Godefridi de Billy ex nobili familia de Prunay oriundi, sancti Vincentij apud Laudunū Abbatis paterna opera ac beneuolentia præseruati fuere aduersus Ecclesiæ Catholice hostes eorumque conatus impios ac peruersas machinationes, tempore quo apud Pierrepont agebant, vbi tum dictus Abbas residebat, Interea ergo temporis quo dicta Nicolaa Lau-



Lauduni morabatur, & quidem statim ab eius in dictam urbem aduentu, reformatæ vel potius deformatæ religionis ministri id iuris ac privilegij in eam obtinuerunt, vt eam non minus in diuersorio custodirent, quam in carcere, in quem, ad dictarum reformatorum petitionem, perducta est: vbi eam volentes in officio continere, magno timore & pauore correpti sunt, percipientes in ea effectus planè oppositus à pane vitæ procedentes, & ab eo qui mortis causa & author est: vbi etiam quidam eorum medici potionem admodum inspidam ac perniciosam illi exhibuerunt sumendam non sine propriæ eius vitæ euidenti discrimine: neque his contenti, mortem vterius illi sunt comminati. Quapropter rei necessitas vitæque periculum postulauit eam in tutiori loco collocari: quod & factum est per Fratrem Petrum Spifanium ordinis sancti Ioannis Ierosolymitani Equitem, Castellonis ac Piscieux Commendatorem, qui eam in proprias aedes tutelamque suam recepit, ac eidem quæ ad victum forent necessaria singulari charitate subministravit. Hisce ita transactis Reuerendissimus Episcopus magna cum humilitate & patientia corpus suum orationibus, ieiunijs, alijsque laboribus & exercitijs mactauit, cooperantibus ei venerabili Ma-



Magistro Nicasio Pezeo Officiali cum alijs  
 primarijs viris de capitulo, nec non & dictæ  
 ciuitatis Laudunensis compluribus ciuibus.  
 Ad eiusdem autem Episcopi petitionem the-  
 atrum quoddam in primaria ecclesiæ nauie  
 rectum fuit: super quo multis exorcismis præ-  
 ijs tres residui dæmones non sine grandi in-  
 dustria & labore dicti reuerendissimi Episco-  
 pi, boni tunc pastoris fungentis officio (con-  
 currentibus cum in finem pijs piorum homi-  
 num suffragijs ac precibus Domino Deo ac  
 B. Mariæ Exhilaratrici piè effusis) fugati sunt:  
 prout ex historia per Ioannem Ouleziū Pres-  
 byterum, Hæbraicarumque conscripta pleni-  
 us videre licet.

*QVIDAM GRAVITER SAVCI-*  
*atus miraculosè sanatur, voto Beatæ*  
*Virginis facto.*

MIRAC. VII.

**A**Nno supra millesimum quingentesi-  
 mo septuagesimo nono, Dominica  
 prima quadragesimæ, iuuenis quidam annos  
 natus quatuordecim, cui Ioannes Poirierius  
 nomen erat, Montis Therici incola, ita graui-  
 ter in capite sagitta percussus est, vt vulnus in-  
 ipsum ad cerebrum vsque pertingeret, imò ve-  
 rò ipsius cerebri interiora penetraret. Verùm  
 simul-



simulatque se vulneratum agnouit, ad Deum beatamque Mariam Exhilaratricem pijs precibus confugit, dictæ Ecclesiæ se deuouens peregrinum, simulque eodem voto promittens se ibidem venturum gestando præ manibus vnus pondo cercum. Voto autem hoc per ipsum emisso, expertus est aliquid in suo vulnere solaminis, modicoque temporis spacio interiecto, plenè sanitati est restitutus. In tanti verò accepti beneficij gratam memoriam & gratiarum actionem votum emissum impiger soluit, simulque iuridicum testimonium è magistratu loci accepit, quod secum deportauit vnà cum capite quodam ligneo sagitta transfixo, dicti miraculi commemoratiuo: quod in suprâ dictâ ecclesia B. Mariæ Exhilaratricis etiamnum visitur.

**ALIVS A MORBO PESTIFERO**

*liberatur, voto eius nomine per alios*

*B. Virgini emisso.*

**MIRAC. VIII.**

**A**Nno supra millesimum quingentesimo octuagesimo secundo grassante ac multum sauiente peste in pago Bayo in Tiracia sito iuxta Abbatiam Bourfontaine nuncupatam, eiusdem Abbatix religiosus quidam, cui nomē Frater Antonius Hutinus,

N 5 sacer.



sacerdos, ex Vreunio oriundus, in dicto pago cum esset, dicto etiam morbo contagioso correptus fuit: & ita quidem ut rationis usu corporisque sensu destitutus loquelaque quatuor dierum spacio orbatu pro mortuo fuerit proclamatus. Verum eodem instanti quo quidam se eius nomine B. Mariæ Exhilaratrici deuouerunt peregrinos, plena formalique voce decantare cepit antiphonam, Salue regina. Modicoque temporis spacio præterlapso, gloriosa Virginis precibus ac intercessione, ipse cum custode à pestifero morbo miraculosè præseruatus est. In cuius rei non ingrati memoriam, tabellam dicti miraculi historiam complectentem transmisit, quæ adhuc hodie in dicta extat ecclesia. Complura

*Nota* { autem alia sunt miracula, quæ in dies ferè singulos dictæ Virginis meritis & precibus patrantur, quorum in hoc libello nullam facimus mentionem, eò quòd eorundem non habeamus adhuc certam fidem: speramus tamen ubi successu temporis nobis fideliter comprobata fuerint, ea præsentibus annectere.



GRANDI PRODIGIO IGNIS  
*maximus, voto Beate virgini fa-  
cto, extinguitur.*

MIRAC. IX.

**A**Nno 1589. in mense Augusto fortuito  
casu in pago Biesneaux communiter  
dicto iuxta Autherium graue admodum sub-  
ortum est incendium adeoque vehemens, vt  
camini altitudinem duplicis hastæ longitudi-  
ne exuperaret, ita vt ipsius castri horreum vt-  
cunque vicinum granisque vndeque re-  
fertum magnum cum ipso castro subierit pe-  
riculum in totum conflagrandi. Et quamuis  
omnes & singuli in hoc vnum sedulo incum-  
berent, vt ignem extinguerent: eo tamen non  
obstante incendij flamma non destitit ma-  
gnum sui accipere incrementum. Quæ res  
tantopere loci dynastam ac heroinam terri-  
tauit, vt (videntibus illis humana media nihil  
proficere) intra quoddam cubiculum sese se-  
orsim receperint: vbi proni in genua ruentes,  
vouerunt se (casu quo diuinæ maiestati pla-  
cêret castrum ab incendio liberare) fabricari  
cûratos castellum quoddam argenteum cû  
eiusdê speciei camino, quod igne adhibebatur,  
ignisque flamma magna cû ruina vastabat: at  
vtrumque B. Mariæ Exhilaratrici vel ipsi mee  
deferrent: vel saltem per alios transmitterent.

N. 6 Quo



Quo voto per ipsos emisso, eorumque ad prædictam Virginem piè effusis precibus. (O grāda prodigium) protinùs extinctus est ignis. In cuius rei piam venerandamque memoriam castellum cum camino confici procurarunt, dictum scilicet castellum complectens libras duas nummularias & uncias quinque, caminum verò libram vnam, siue marcam: & ipsimet in dictam ecclesiam eadem deportauerunt primo die Iunij anno 1602. prout sub eodem die & anno fusus in regestis archiuorum de Marchair, tum etiam ecclesiæ B. Mariæ ac Dominæ Gaudiorum continetur.

MVLIER GRAVISSIMO VVLERE  
saucia mirabiliter sanatur, voto  
ad Beatam virginem confugiens.

MIRAC. X.

**I**Nitio postremorum bellorum intestinorum, quando principes ipsi ab inuicem discordantes mutuis armis se inuicem lacebant, quibusdam scilicet Regis partes tenentibus, quibusdam verò principum confœderatorum fidem amplexantibus, Heroïna quædam Dynastæ à Cruce viri nobilis vxor tum temporis iuxta Carnutensem ciuitatem inhabitantis, quique sub illud tempus Regis partes



partes sequebatur, prædicta, inquam, Heroïna ipso Natiuitatis Domini peruigilio circiter eam horam, qua secundum sanctam ecclesiæ consuetudinem laudes matutinæ decantantur, hostilem irruptionem in suo castro perpeffa est per milites eos, qui stabant à parte confœderatorum, petentibus illis sibi in dictum castrum, portis referatis, liberum donari accessum. Vbi autem Heroïna militum tumultuarias voces intellexit, ad portæ aditum festina perrexit, eorum petens alloquium. Cumque inter cætera sexum suum excusasset, allegans se fæminam, quæ neminem bellicis incursionibus infestaret, utpotè quæ sine præsidario milite ageret, eos obnixè rogauit quatenus pacificè recedere dignarentur, dicens se illis hora tam incommoda portas aperire non posse. Interea temporis quo talibus verbis eos compellabat, torreatum bellicum, vulgari nomine petart, nuncupatum, quod ad castri valuas applicuerant, eiaculati sunt: quod talem stragem attulit, ut portas in plurima fragmenta confregerit, quarum pars maxima dictæ Heroïnæ corpus ita concussit, ut circiter triginta quinque vulnera in se receperit. Vnum autem eorum semi pedale fragmentum tali violentia eam agitauit, ut eius ventriculum violenter penetrarit, in illudque sese infuderit: ex quo tanta sanguinis copia defluxit, ut veluti exanimis in terram prolapsa



psa sit, diuque sic sine motu, sine voce perstitit: & ita quidem vt ipsimet chirurgi iudicarent eam mortuam propter vulnera tam multa vno temporis momento à se accepta: nihilominus tamen prudens illa fuit, quæ salutis suæ prudenter consultum voluit: vt potè quæ se vulneratam sentiens ad B. Mariam Exhilaratricem confugit, cuius aliquando mentionem fieri audiuerat: tuncque votum tale emisit, vt casu quo ipsam sanitati restitui contingeret, eò peregrinationis ergò contenderet: quod etiam postea voti compos re ipsa præstitit, secumque ligni fragmentum detulit, quo grauius ipsam vulnerari contigerat, quod argento contactum ante primarium altare penderi iuxta B.

Virginis sacram imaginem.

APPRO.



## APPROBATIO.

Hanc Historiam prius cum legitima  
approbatione Domini Reuerendissimi  
Laudunensis, & duorum S. Theologiae  
Magistrorum Facultatis Parisiensis, Tre-  
cis impressam, nunc latine fideliter co-  
uersam, dignam quae ederetur censui;  
Duaci, 2. die Ianuarij 1606.

Bartholomæus Petrus ibi-  
dem S. Theol. Doct. &  
Professor.

## INDEX





INDEX.

CAPITVM  
HISCE QVINQVE  
LIBRIS CON-  
TENTORVM.

NUMERVS PAGINAM DESIGNAT,  
Capita namque suo habentur  
ordine.



PROPONITVR *descriptio*  
pagi Tungrensis. folio 17  
Quomodo imago Beate Ma-  
rie, Angelorum ministerio mi-  
raculose Tungros allata sit, non  
minus dilucide quam pericun-

dè exponitur;

19

Quidam Dominus alterius manuum vsu à no-  
uennio destitutus, cereos accensos ante imaginem  
Beate Virginis offerens, manum sanam, ac eiusdem  
vsu recepit;

25

Fuella viginti septem annos nata, que  
vsu loquendi à duodecim annis amiserat, ad horã  
circiter



INDEX.

circiter orans B. Virginem, statim loqui cœpit.

26

Infans ex animis in lucem editus reuixit per me-  
rita sanctissimæ virginis.

27

Quidam manuum & pedum usu orbatu à quin-  
quennio Tungros delatus, post votum à se emissum  
fabricandi candelabra in honorem Beate virginis,  
oransque ibidem, se incolumem & sanum expertus  
est.

27

Insigni miraculo lapides, calx & arena diuinitus  
parantur ad extructionem ediculae, in B. virginis  
memoriam consecrandæ.

28

Quidam iuuenis per quadriennium grauerè sa-  
gitta ferro in coxa offensus cum magno vitæ discri-  
mine, vbi Tungros curru aduectus pius fudit preces  
confestim ferrum erupit è coxa.

29

Infans per abortum mortuus, Tungros vbi dela-  
tus est, vita simul & baptismali gratia donatus  
est, mater verò eius in summum vitæ discrimen ad-  
ducta, mirabiliter eripitur, implorata B. virginis ad-  
iutrice manu.

30

Quedam Domina à medicis deserta confugiens  
ad B. virginem admodum miraculosè liberatur ab  
enormi fistula qua duodecim annis laborauerat.

31

Planè admirando miraculo supradictus Domi-  
nus Hector à cecitate liberatur, qua per triennium  
grauabatur: simulque mulier hominum & equorū  
protrita pedibus, ad Mariæ sacellum delata, proti-  
nus reuixit.

32

Homo



I N D E X.

Homo quidam, inuocata B. virgine, mirabiliter à mortis præseruatur periculo cum vxore sua, que edito fœtu mortuo, vbi is Tungrum delatus super altare est depositus, fufis à patre precibus suscitatur, baptisatur, exindeque superuixit 8. annis. 35

Quidam per sicarios in arbore suspensus, mirè, inuocata virginis ope: eripitur, & penè nudus Tungros postea petit, 36

Quædam puella per triennium paralytica, B. virginis interuentu à paralyfi liberatur. 37

Quidam Duaco Tungros petens, & ibidem missam audiens, vsum brachij recipit, quo nuda destituebatur, 38

Quidam thesauros ecclesie Tungrensis surripere præsumens, miserrimè à vindice manu Dei punitur, 39

Puer aquis præfocatus, posteaque ad altare B. virginis delatus protinus ad vitam reuocatur. 40

Infans mortuus in lucem editus, & postea super altare B. Mariæ oblatu vitam restituitur, ib.

Homo per sexennium pedum vfu miserè carens, prodigiosè sanatur ea ipsa hora, qua vxor eius procurabat missam sua nomine celebrari ad altare B. virginis, 41

Inscripti Sodalitio B. Mariæ virginis à grassante pestilentia præseruantur & liberantur, 42

Religiosus alterius inuidia strangulatus, quia B. virginis se ante mortem commendauerat tutelæ & precibus, stupendo verè prodigio ad vitam reduci-

ENT.



I N D E X.

zuy, ac postea Abbas creatus spacio 31. annorum suscipie moderatur, & tandem mitra resignata, apud Tungros per sexennium superuixit, ibidemque sepelitur. 44

Quaedam Heroïna ex puerperio mortua, & in fossam deuoluta, reuiuiscit: postea uero Tungros delata, ubi fudit preces ante uirginis imaginem, edidit fœtum pulcherrimum, quem antea edere non potuerat, qui & uixit ad annos 67. 48

Duo innocentes damnati ad mortem, ubi sese B. uirgini commendarunt, admirando ac planè stupendo miraculo Tungros translati ante imaginem B. uirginis mirabiliter, uinculis solutis, liberi euaserunt. 50

Infans ad aliquot dies perditus recuperatur, ubi mater ad ædiculam B. uirginis confugiens, eiusdem implo rat auxilium. Alter puer aquis feruentibus suffocatus ad uitam reuocatur, ubi ad eandem ædiculam deportatus est, fusis ad Dei matrem pro eodem sanctis precibus. 54

Puer in profundum aquarum prolapsus, per inuocationem B. uirginis, non sine miraculo, saluus euadit periculum. 57

Puer graue infortunium in facie passus, statim atque eum parentes B. uirgini deuouerunt, ac eundem in eiusdem ædícula obtulerunt, protinus sanus factus est. 53

Puella à graui morbo liberata, simul atque eam mater B. uirgini Tungrensi deuouit. 60

Puer



I N D E X.

*Puer cæcus recuperat visum, statim atque ad beatam virginem destinatus est, eoq̄ue pie deductus.*  
61.

*Infans mortuus in hanc lucem editus, fusa ad beatam virginem prece, resuscitatur,* 61

*Puella incurabili morbo afflicta, & à medicis derelicta, vbi Tungros aduecta est, magno miraculo est sanata,* 62

*Infans repertus viuus in utero matris defuncte baptisatur, matre, dum esset in viuis, postulante vt post mortem secaretur: quia confisa beatæ virginis precibus sperabat infantulum vita non cariturum.*  
62.

*Puella à morbo incurabili sanata, simul atque eam pater ad beatam virginem deuouit peregrinam.*  
63.

*Quidam meritis beatæ virginis ab incurabili malo liberatus, cum se duosque filios, qui exanimis in hanc lucem editi erant, eidem deuouisset, protinus vitam cum baptisimi gratia receperunt.* 64

*Quedam enixa filium mortuum, vbi Deo se commendauit, vouens peregrinationem Tungros, subito infans, vita recepta baptisatus est.* 64

*Quedam alia mulier factum mortuum enixa proprio eius pastore virginem saluante coram sua imagine, protinus vitam & baptisimum recepit.*

65  
*Muliere quadam filiolum suum mortuum deuouente Beatæ virgini peregrinum, protinus is reuo-*  
satus.



## INDEX.

atur ad vitam, tempore quo eundem in finem quidam sacerdos faciebat missam. 66

Adhuc alia que factum pepererat, imò etiam gestauerat in utero mortuum, ubi Beate Virginis imploravit opem, simulque filium eidem deuotè peregrinum, confestim is vita & baptismali gratia potitus est. 67

## INDEX CAP. LIBRI secundi.

**D**E situ & origine Camberonensis Cœnobij, 70

Horrenda cuiusdam nefarij Indæi punitio ac vindicta diuina, eo quod B. virginis sacram imaginem insolenter nimis defecisset, hastam suam in eam quinquies vibrando, ex qua confestim effluxit sanguis, 72

Mater ad beatam Virginem pro filiolo suo de vita periclitante recurrens, exauditur. 76

Homo quidam extreme egrotus & à medicis desertus, ubi ad B. virginem confugit & coram eiusdem imagine preces ad eam fudit, plene conuuluit, ibid.

Mulier quædam mirè intumescens, ubi facto voto ad B. virginem deducta est, ad suos postea redijt incolumis, 77

Mulier quædam nolens filie suæ via illicita sanitatem

tatem



I N D E X.

Sanitatem procurare, ad B. virginem se conuertens, perfectam sanitatem filie impetrauit. 78

Mulier quedam amisso alterius oculi lumine, ubi vouit Camberonam venire, visum recepit. 78

Mulier quedam paralyti laborans & per annum clinica, voto facto, ad beatam virginem conuersa, subito perfecte sanitati est restituta. 79

Puerulus ab aquis suffocatus vitæ restituitur, ubi mater eum Beatæ virginis commendauit, & puerum cereum promisit. 79

Cuiusdam mulieris infantulus grauiter calculo laborans, confestim ab eo morbo mirabiliter liberatur, ubi mater filium Beatæ virginis deuouit peregrinum. 80

Puella morbo incognito afflicta, simulatque ex voto prostrata est coram imagine B. Mariæ, ab infirmitate mirè euasit libera. ibid.

Infans exanimis in lucem editus, vita donatur, ubi eum mater B. Mariæ deuouit. 81

Duo infantuli sine vita in mundum producti, vitæ beneficio donantur ad inuocationem B. Mariæ. ibid.

Puer grauiter unius oculi morbo laborans, ab eodem miraculose sanatur, statim atque eundem B. virginis parentes deuouerunt peregrinum. 82

Puerulus mortuus in lucem editus, fufis pijs ad Beatam virginem precibus, vitæ restituitur & baptisatur. 82

Pater & filius stupendo miraculo ab imminente mortis



I N D E X.

- mortis periculo redimuntur, piè inuocato pijsimæ  
virginis auxilio. 83
- Puer subitaneâ morte raptus reuocatur ad vitã,  
inuocata Dei genetricis ope. 84
- Mulier grande euadit vitæ periculum ad inuoc-  
ationem B. virginis. 85
- Puer quidam grauissimè calculo laborans, ab eo-  
dem liberatur, pij patris pijsima precatione ad vir-  
ginem facta. ibid.
- Puer de vita summopere periclitans, propter  
transmissum ad guttur vsque lapillum persicum, ab  
eodem periculo liber fuit, vbi eum parentes B. vir-  
gini deuouerunt peregrinum, & cum eo Camberon-  
nam perrexerunt. 86
- Homo tibijs laborans per 15. annos à suo crucia-  
tu liberatus est, pia ad B. virginem susa oratione.  
87
- Quidam puer graui lingua incommodo correptus,  
plene sanatur, facta eius nomine ad B. Virginem  
Camberonensem peregrinatione. 88
- Quædam mulier varijs tumoribus agitata pristi-  
ne sanitati restituitur, promissa & suscepta ad B.  
virginem peregrinatione. 88
- Puer è puteo mortuus extractus, vitæ restituitur,  
vbi ad B. virginem est delatus. 88
- Infans per inuocationem B. virginis vitam &  
baptismum recepit, qui prius in matris utero fuerat  
mortuus. 89
- Quel-



## INDEX.

*Puella aquis submersa reuixit, matre ad beatam virginem confugiente, & eam eidem toto vitæ suæ tempore peregrinam deuouente,* 89

*Puer ingenti tumore grauatus, mox sanatur, vt deuotus est B. virgini in peregrinum.* 90

*Domina quædam tumore laborans, sana & incolumis quæst, vbi B. virginem inuocauit.* 91

*Captiuus quidam admirabili miraculo libertate donatus, pie inuocata Dei genitrice Maria, ibidem.*

*Mulier quæ aciculam deglutiuerat, mirabiliter mortis periculum euadit, inuocata beata Virgine,* 93

*Puella quædam nobilis sanitatem plenè recuperat, simulatque mater eius quandam pedisse quam mittit Camberonam peregrinationis ergo.* 93

*Homo toto corpore atrox, postea surgit illesus, quia B. virginem pie inuocauerat.* 94

*Captiuus, inuocata afflictorum aduocata & patrona, redimuntur à vexatione molesta.* 95

*Cæcus, implorata virginis ope, lumen recipit: & puer Herniosus à morbo liberatur, vbi eam pater B. virgini deuouit.* 96

*Mulier ad vitæ extrema vi morbi perducta, in integrum restituitur ad B. virginem deuotè conuersa.* 96

*Coniuges desperatæ sanitatis sanitatem consequuntur, vbi, voto facto, ad virginem recurrerunt.*

97 *Mulier hydropica, voto ad beatam virginem re-*

CMT.



I N D E X.

exrens, conualefcit: fed votum poftca negligens in  
eundem morbum recidit: votum verò reiterans &  
implens, denuò fibi integrè reftituitur. 98

Puerulus ad tres dies in mundum fine vita na-  
tus, vitæ beneficio mirè donatur, pijs puerperæ pre-  
cibus ad B. virginem factis. 98

Infantulus ad tres horas exanimis mundo edi-  
tus, anima & baptifmo donatus eft, vbi voto facto,  
B. virgini fuit commendatus. 99

Puer mirabile vitæ periculum euadit per preces  
maris ad B. virginem factas. 99

Mulier ad extrema vitæ perducta fanatur, inuo-  
cata Dei Matre. 100

Vir in extremis agens, priftine fanitati reftitui-  
tur, miffa oblatione ad B. virginem. ibid.

Pueri crus confractum mirabiliter fanatur ad  
inuocationem B. Mariæ. 101

Puerulus aquis suffocatus ad vitam reuocatur,  
fimulat mater eius eum B. virgini Camberonensi  
deuouit. ibid.

Puerulus mortuus antequam natus reuiuifcit  
Camberonam deportatus, & fuper altare deponitus.  
102

Alius puerulus mortuus antequam natus vitæ  
donatur, imp. orata virginis ope. ibid.

Alius puerulus fubmersus memorando miraculo  
vita donatur, vbi parentes eum B. virgini ad vitã  
deuouerunt peregrinum. 103

Puerulus alius mortuus antequam nasceretur,  
O vitam



I N D E X

Vitam accipit Camberonam delatus, & super altare depositus. 104

Homo quidam mirabiliter vitæ periculum euadit, inuocata B. virginis ope. 105

Puella veneficijs infesta ab iisdem stupendo miraculo liberatur, vbi eam parentes B. virgini commendarunt. 105

Homo quidam euadit maximum vitæ periculum ad inuocationem B. virginis. 106

Puerulus mortuus antequam natus, vita & baptismo donatur, implorata Genitricis ope. 107

Homo quidam à mirabili casu mirabiliter preseruatur per inuocationem B. virginis. ibid.

Quidam à graui vulnere sanatur, pie inuocata virginis ope. 108

Captiuus quidam liber euadit non sine grandi miraculo, fufis ad B. virginem pijs precibus. 109

Monasterium Camberonense contra impios hostium conatus & insidias mirabiliter preseruatur interuen. u B. virginis. ibid.

Religiosa per sexennium tibiarum usu destituta in integrum restituitur, ipsa fundente preces ante B. virginis imaginem. 112

Alia religiosa per quinquennium paralytica, orans ante B. virginis imaginem liberatur à sua paralyti. ibid.

Alia religiosa Marquetana, quæ per sexennium usu membrorum fuerat destituta, in pristinum statum restituitur delata ante B. virginis imaginem. 112

Qui



I N D E X.

Quidam precipiti casu ruens ab alto enadit ille-  
sus, quodam Principe eius nomine B. virginis opem  
implorante. 114.

Quidam diuturna paralyfi liberatur, inuocata  
benedicta Dei Matre. 115

INDEX CAP. LIBRI  
tertij.

**P**roponitur descriptio oppidi Cheruie, simulque  
pietas permagna nobilis Heroine Ida à Cher-  
uia, quæ inter alia non pauca & magna pietatis ope-  
ra etiam sacellum in honorem beatissimæ virginis  
Cheruie extruendum curauit, 118

Quidam podagra grauitè laborans, fusa ante B.  
virginis imaginem pia oratione, confestim saluus  
redijt ad propria. 122

Paralyticus ex Normania Cheruiam aduectus  
implorata beata virginis ope, subito conualescit  
123.

Seneschallus Hannonie podagra & apoplexia  
oppressus sanatur ad inuocationem B. virginis. 124

Heroina Roysinia filium calculo laborantem B.  
virgini deuouente, ac pro eodem pias preces ad ean-  
dem fundente, subito puerulus sponte sua calculum  
eijcit. 124

Quidam S. Guislemi morbo percussus, eo quod mi-  
racula B. virginis rideret, mox ab eodem sanatur, v-  
bi à B. virgine veniam petijt ad eius imaginem de-  
ductus. 125



I N D E X.

Quidam podagra vexatus inuocans B. virginem,  
& deuotens se eius peregrinum, sanatus est.

126

Quidam à dæmone obsessus ab obsessione libera-  
tur, petens locum in quo beatissima virgo colatur.  
ibid.

Quidam calculo grauatus, B. virgini se deuotens  
peregrinum, dicti morbi pondere plenè subleuatur.

127

Captiuus quidam, implorata virginis ope admi-  
rando miraculo libertate donatur. ibid.

Sacerdos quidam perdita loquela & vsu ratio-  
nis, ac per octo menses lecto affixus, planè conuale-  
scit, inuocata Dei Matre ante eius imaginem. 129

Infantulus matre defuncta, viuus in vtero ma-  
terno deprehenditur & baptisatur, eo quòd prius  
mater parturiens eum B. Mariæ deuouisset. 130

Puerulus in terra tumulo depositus & postea ex-  
humatus mirabiliter vita & baptismo donatur, vbi  
eum pater ante B. virginis imaginem detulit, & i-  
bidem in oratione perseuerauit. 131

Mulier quedam præ morbi grauitate rationis v-  
su destituta sibi in integrum restituitur, piè inuo-  
cata virginis ope ante eius imaginem. 132

Infantulus de nocte suffocatus ad vitam stupen-  
do miraculo reuocatur, vbi mater eius piam misero-  
rum aduocatam piè inuocauit. ibid.

Mulier mentis inops ad mentem plenè mirabiliter  
reducitur, vbi Cheruiam aduenit, piè piissimam  
virgi-



I N D E X.

- Virginem precatura.* 133  
*Puer extremè de vita periclitans mortis periculum mirè euadit, voto eius nomine à matre emisso, & ad B. virginis glòriam adimpleto.* 134  
*Filiola mortua magno miraculo vitæ restituitur ante imaginem B. virginis transportata, ac fufis ibidem pro ipsa ad beatam virginem pijssumis precibus.* *ibid.*  
*Mulier māmilla dolore grauitè afflicta, planè euadit sana ad inuocationem B. virginis.* 135  
*Mulier auditu priuata, auditum recepit, vbi Cheruiam aduenit & ibidem B. virginem inuocauit.* *ibid.*  
*Cuiusdam mulieris domus ab incendio diuinitus præseruatur, voto B. virgini piè factò.* 136  
*Captiuus magno miraculo à vinculis liber euadit implorata pijssumæ virginis ope,* *ibid.*  
*Infantulus mortuus antequam natus ad vitam reuocatur & baptisatur B. virgine piè inuocata, & eodem puerulo ante virginis imaginem delato.* 137  
*Quidam omni tibiæ motu, & sensu miserimè priuatus, sibi in integrum ter admirando miraculo restituitur, vbi ex Normania Cheruiam pertractus est, implorata ibidem sacratissimæ virginis ope.* *ibid.*  
*Mulier miserè membris contorta sibi integrè magno miraculo restituitur, fusa ad beatam virginem pia oratione coram sacra eius imagine.* 142



I N D E X.

Homo diu calculo laborans, protinus à morbo liberatur, piè ab eodem innocata misericordiae matre.

142.

Mulier duobus annis cum medio iacens paralytica, à sua paralyti euadit libera & incolumis, dicta missa suo nomine ante imaginem B. virginis apud Cheruiam.

142

Puer mortuus vita redditur, patre eius seipsum B. virgini deuouente peregrinum.

143

Nobilis quidam admodum miraculosè euadit mortis periculum, seipsum B. virgini deuouente peregrinum apud Cheruiam.

144

Quidam infestissimo malo per longum tempus summè cruciatus, stupendo miraculo planè euadit incolumis, ad beatam virginem Cheruiæ confugiens.

145.

Puer qui neruis contractis nullatenus tibias mouere poterat, perfectè conualescit, peregrinationis voto ad Cheruiam eius nomine facto.

146

Puer in puteo submersus à mortuis resurgit eum propria matre B. virgini Cheruiensi deuouente peregrinum.

146

Quaedam longo tempore paralytica admodum miraculosè sanatur, deportata ante sacratæ virginis imaginem, ibique ad eandem pijs suis precibus.

149

Puellus mortuus antequam natus & ad dies 17. sepultus, vita & baptismi gratia donatur ad B. Mariæ sacellum per matrem piè deportatus.

150

Puella quaedam Cheruiam deducta liberatur & demor-



I N D E X

<p>138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200</p>	<p>Personam obsessione. 159 Nobilis quidam, voto deuote B. virginis facto, à gravi morbo miraculose liberatur. 154 Puer miraculose per B. virginem preseruatur à periculo mortis propria eius matre eundem B. vir- gini peregrinum deuouente. 157 Puella paralytica &amp; mente capta in integrum sibi restituitur Cheruiam perducta. ibid. Captiui admodum miraculose liberantur, pijs vo- tis ad B. virginem confugientes. 158 Religiosus varijs morbis varie sanatur, consu- gens ad misericordie matrem. 161 Idem religiosus ab alio periculoso morbo sana- tur meritis eiusdem beatissime virginis. 162 Infantulus Marchionis de Renty presentissimi mortis superat periculum oblatione pro eius salute facta ac Cheruiam transmissa. 163 Filia Comitum Hocstratani vehemētissima febra correpta, diuinitus ab eadē euadit libera, misso cur- sore, qui apud Cheruiā sacrum fieri curaret. 164 Quidam spacio quatuor mensium grauiter ischia- dico dolore oppressus ab eodem planē diuinitus li- beratur vbi seipsum pie deuouit B.V. Cheruiēsi. 165 Religiosa diuersis infirmitatibus per septem men- ses diuexata, ab eisdem diuino fauore sanatur, sei- psam B. virgini Cheruiēsi deuouendo. 166 Quidam à medicis derelictus, in integrum resti- tuitur ad beatam virginem Cheruiensem conuer- sus. 167 Puella</p>
--	--



I N D E X.

*Puella motus progressui facultate priuata ad quatuor annos liberè incedit, trina peregrinatione ad B. virginem Cheruiæ suscepta.* 168

*Sacerdos tibi.e dolore plurimum grauatus, sanatur celebrando missam ante B. virginis imaginem, & ter suum sacellum circumeundo.* *ibid.*

*Domina quædam cœnobij Malbodiensis à Demonio possessa, magnum leuamen experitur Cheruiam vsque perducta, & tandem in totum liberatur.*

170

*Puerulus duobus annis orbatu lumine oculorū, visum & lumen recipit, vbi parentes eius B. virginis se ipsos deuouerunt peregrinos.* 171

*Mulier septuagenaria à 25. annis paralytica, stupendo miraculo in integrum sanitati restituitur, fundens preces ante B. virginis sacram imaginem.*

172

*Mulier per octennium Apoplexi morbo laborans ab eo subito liberatur ante imaginem B. virginis transportata.* 173

*Adolescens laborans tibia, quam medici suadebant secari, audita missa in sacello B. Mariæ Cheruiensis protinus in integrum restituitur.* 174

*Puella non soluens votum patris defuncti, quod implere promiserat, morbo opprimitur, eo autē persoluto libera à morbo dimittitur.* 175

*Mulier sex mensium spacio lumine oculorum destituta illuminatur, audita missa apud Chernia*



I N D E X.

in sacello beatæ Mariæ. 176  
 Homo non valens incedere, nisi admodum graua-  
 tē, liberè incedit audita missa in sacello B. virginis.

177.

Quidam tibia grauitè laborans conualescit, tibi-  
 am ceream B. virgini Cheruienti offerendo. 178

Idem eodem incommodo denuo oppressus iterum  
 sanitatis beneficio donatur, confugiens ad eandem  
 afflictorum patronam. 179

Iuuenis quidam perfectè à paralyti liberatur,  
 peregrinatione suscepta ad B. virginem Seruiensem.

180

Religiosus quidam à medico tanquam incurabi-  
 lis proclamatus, voto B. virgini emissò, confestim  
 admodum stupendè conualescit, loquitur & cantat.

181

Religiosus Seruiam profectus liberatur ab Her-  
 nie morbo, quo per 21. annos fuerat deuexatus.  
 ibid.

Mulier Duacensis per vndecim menses grauitè  
 afflicta conualescit, sacro missæ officio eius nomine  
 apud Seruiam factò. 182

Puerulus mortuus antequam natus vita & ba-  
 ptismali gratia admodum miraculosè donatur, Ser-  
 uiam piè delatus, & ad B. virginis altare deposi-  
 tus. 183



I N D E X.  
INDEX CAP. LIBRI  
quarti.

<b>M</b> onitio ad lectorem.	186
Homo viribus planè exhaustus, inuocata virginis ope, subito in integrum restituitur.	188
Mulier per annum à Demonio vexata miracè liberatur, miro per beatam virginem viso spectaculo.	189
Homo quidam euidens euadit vitæ periculum ad B. virginis inuocationem.	280
Quidam è turri defiliens nullatenus offenditur B. virgine ab eodem deuote inuocata.	190
Mulier periculosè intumescens à tumore subleuatur, voto ab eadem B. virgini facto.	191
Vir & vxor mirabiliter sanati, voto ad beatam virginem confugientes.	192
Tres persone à diuersis vitæ periculis diuersimodè liberantur ad B. virginis inuocationem.	ibid.
Homo mente & corpore impotens sibi plenè redditur, voto per vxorem B. virginis Cambronensi emisso.	193
Infans superat mortis periculum, vbi eum mater virgini mari fecit peregrinum.	ibid.
Infans à calculo liberatur per Matrem B. virginis commendatus.	194
Homo quidam admirandis modis iterum iterumque à B. virgine liberatur ab infirmitate & maligno Demone.	196

Homo



I N D E X.

Homo in mari de vita periclitans ad locum trā-  
quillum perducitur invocata virginis ope. 198

Puerulus ad mille passus & ultra supernatans  
aquis incolumis evadit, patre & matre eum B. vir-  
gini deuotibus ibid.

Ad B. virginis invocationem duarum mulierum  
innocentia comprobatur, & sur tanquam facti reus  
condemnatur. 199

Ad eiusdem invocationem captiuus quidam li-  
bertate donatur. 200

Quidam ad B. V. peregrinatione facta à duplici  
timore liberatur. ibid.

Quidam mortis euadit periculum, matre ipsum  
B. V. deuotente. 201

Maritus & vxor mirabiliter à morte preserua-  
tur voto B. virginis facto. 202

Nauta inter maximos fluctus de vita periclitans,  
ad portum feliciter deducitur, voto B. virginis facto.

203.

Mulier euadens vitæ periculum superat, B. V. et  
mirabiliter succurrente. 203

Iuenculus quidam à graui infortunio, quod per  
ighem incurerat, liberatur B. V. per matrem voto  
emisso. 204

Religiosus quidam manu fere paralyticus sana-  
tur ad B. V. voto confugiens. 205

Mulier pedibus paralytica vires pristinas resu-  
mit, voto eidem pie facto. 206

666      Iure

186  
locata  
188  
irific  
facu-  
189  
ulam  
280  
ditur  
190  
suble-  
191  
eatam  
192  
psimo  
ibid.  
è red-  
enfi e-  
193  
mater  
ibid.  
virgi-  
194  
iterū  
mali-  
196  
Hont



## INDEX.

<i>Iuuenis in totum paralyticus à paralyfi liberatur</i>	
<i>B.V. factus peregrinus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iuencula ingenti miraculo reuocatur ad vitam</i>	
<i>per B.V. inuocationem.</i>	207
<i>Adolescens quidam admirando modo vite admi-</i>	
<i>randum euadit periculum ad B. virginis inuocatio-</i>	
<i>nem.</i>	208
<i>Homo quidam graua superat infortunia ad eius-</i>	
<i>dem inuocationem.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Conuersus quidam graue idque duplex à se de-</i>	
<i>pellit infortunium, eadem virginis ope.</i>	209
<i>Religiosus à varijs languoribus liberatur deuote</i>	
<i>ad B.V. recurrent.</i>	210
<i>Nota subsequencia, vt intelligas quo anno vel</i>	
<i>tempore miracula precedentia, cum pluribus alijs</i>	
<i>hoc capite generatim tantummodo propositis, patra-</i>	
<i>a fuerint.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Quidam diutino morbo laborans diuinitus moni-</i>	
<i>tus vt B. virginis subsidium peteret, mox sanatur,</i>	
<i>ubi illud ipsum opere preestitit.</i>	212
<i>Quidam dyn-sta sanatur vbi Camberonam ve-</i>	
<i>nit.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Mulier in grauisimum vite discrimen adducta</i>	
<i>preseruatur ad B. virginis inuocationem.</i>	213
<i>Iuenculus in mortis periculo constitutus mortis</i>	
<i>euadit periculum, vbi eum parentes B.V. deuoue-</i>	
<i>runt.</i>	214
<i>Mulier à partu diuturno liberatur, vbi B. virgi-</i>	
<i>nis implorauit opem.</i>	215
<i>Homo</i>	



I N D E X.

Homo miserrimè corpore contritus in integrum  
restituatur voto B. virginis p[er] emissio. *ibid.*

Quatuor persone miserrimè afflictæ admodum  
miraculosè liberantur per misericordie matrem.  
216

Quidam ab apoplexia liberatur, voto B. virginis  
facto. 217

Homo tibijs laborans sibi integrè restituatur, im-  
plorata virginis ope. *ibid.*

Vnus à paralyssi liberatur, alius ad vitam reuo-  
catur, tertius à languore sanatur per virginem ma-  
trem. 218

Puer à fontico morbo liberatur, vbi eum pater  
& mater B. V. deuouent. 219

Alius puerulus mortuus agone plenè existens, con-  
ualescit, vbi beatæ virginis factus est peregrinus.  
*ibid.*

Mulier diuturno morbo extremè agitata, facta  
est sana, simul ac B. virginis voto facta est peregri-  
na. *ibid.*

Mulier cum morte colluctans integrè sanatur, v-  
bi seipsam B. virginis deuouet peregrinam. 220

Adolescens quidam extra patriam peregrinus  
& longa infirmitate oppressus admirando miracu-  
lo liberatur B. virginis subsidio. 221

Puella in extremis constituta subito cibos petit,  
vbi eam parentes beatæ virginis commendarunt.  
222.



I N D E X.

- Puella pestifera à peste, & duo pueri à tumore liberantur, B. virgini effecti perigrini.* 224.
- Virgines euadunt pudicitie periculum, vbi B. V. emiserunt votum.* 224.
- Quidam ab hostibus illæsi præseruantur ad B. V. ynanimi corde currentes.* 225.
- Tres persone miraculosè admodum à tumore, morte & carceris molestia liberantur B. virginis ope.* 226.
- Puer à graui infirmitate euadit immunis, vbi ad B. V. deuotè recurrit.* ibid.
- Puer in aquis prolapsus euadens aquarum periculum euadit incolumis, B. virgini per parentes commendatus.* 227.
- Puella ab igne grauitèr offensa, voto B. virginis piè factò, miraculosè apparet illæsa.* 229.
- Puer ab herniæ morbo liberatur, voto B. virginis per patrem suum pro eius incolumitate emissò.* 230.
- Homo ignis ruinam euitat, piæ precatione ad B. virginem conuersus.* 230.
- Quidam ruens ab alto, à mortis periculo præseruatur ab eo Dei genetrice piè inuocata, anno 438.* 230.
- Quidam mania paralyticus manum bene sanam recepit ad B. virginem confugiens.* 232.
- Insigni admodum miraculo puer è dæmonis infectione euadit liber, patre eius ad Dei marem piè confugiente.* ibid.
- Puerulus quasi exanimis vitam recipit supra B.* 232.



INDE X.

- virginis altare depositus. 234  
 Puerpere a muliere à puerperij pressuris sublucua-  
 tur, pijs ad B. V. effusis precibus. 235  
 Homo grauiissimo pondere obrutus, implorata B.  
 V. ope, surgit sanus ac omnino illaesus. 236  
 Iuuenis quidam ab euidenti vitæ periculo con-  
 seruatur immunus B. V. pijsissima tutela. 237  
 Puerulus sine vita in mundum editus baptismi  
 gratiam percipit B. virginis meritis. 238  
 Ter admirando miraculo puer aquis extinctus ad  
 vitam reuocatur vbi ad B. V. ædiculam est delatus.  
 239  
 Non minus ingenti miraculo fœtiola aquis prefo-  
 cata, vitæ restituitur voto B. V. piæ oblata. 240  
 Puella quæ sibi ipsi vitam adimere attentabat, nõ  
 minus mirabiliter quàm misericorditer, pia virginis  
 ope, contra impios suos conatus conseruantur. 241  
 Puerulus sine vita mundo editus vnà cum vita  
 baptismi recipit gratiã pijs precibus B. V. oblatas. 242  
 Mercator quidam mirabiliter à febre vehementi  
 subito liberatur, voto B. virginis Camberonensi piæ  
 ab ipso facto. 243  
 Tres fratres germani nobili loco ex Francia ori-  
 undi Ascalonem per Sarracenos abducuntur, vbi e-  
 orum constantia diu-rsimo de probata & oppugnata,  
 fortes & inuicti in fide perseverant. 245  
 Ismeria Equitum carcerem ingressa variè cona-  
 tur eosdem à Christiana religione ad Mahumetanã  
 traducere. 253  
 Ismeria,



INDEX.

*Ismeria*, propter *Equitum* constantia, nihil proficiente, *Sultanus* eis extrema queque comminatur.

255

*Ismeria* *Equitum* suauibus verbis plurimum commota petit sibi ab eis *B. virginis* imaginem fabricari.

257

*Imago* sacra diuinitus delata mirum in modum in *B. virginis* amorem *Ismeria* rapuit animum & mentem.

261

*B. virgo* *Ismeriam* dormientem alloquitur, & quomodo ipsa cum *Equitibus* in *Galliam* usque miraculose appulerit, proponitur.

265

Origo templi *B. Mariae Exhilaratricis* demonstratur.

270

*Homo* quidam *beatæ virginis* ope à suspendio stupendè liberatur.

274

*Nobilis* quedam *femina* in ignem coniecta, nullum ab igne *B. virginis* sic eam præseruante, detrimentum est perpeffa.

278

Ad eiusdem inuocationem *mulier* sterilis concipit paritque prolem, & proles emortua renouatur ad vitam.

281

Quidam contra *leonum* rabiem mirabiliter illæsus conseruatur.

283

*Puer* mortuus antequam natus vitæ restituitur, ac baptisatur voto *beatæ virginis* per matrem emissio.

285

*Demoniacus* quidam *Treueniensis* ab oppressione 27. demoniorum liberatur in ecclesia *beatæ*

*Mariæ*



INDEX.

<i>Maria Exhilaratricis.</i>	286
<i>Quidam grauitè sauciatus miraculosè sanatur, voto beatæ virginis facto.</i>	296
<i>Alius à morbo pestifero liberatur voto eius nomine per alios B.V. emisso.</i>	297
<i>Grandi prodigio ignis maximus, voto beatæ vir- ginis facto, extinguitur.</i>	299
<i>Mulier grauisimo vulnere saucia mirabiliter sanatur, voto ad B. virginem confugiens.</i>	300

*Societatis Jesu Paderb.*

FINIS.






















































Th  
4470